¶Modicum. Modica non ſunt in conſideratione. quod tamen limita vt in ſing. 276. incipi. Parum.

¶Monialis. Statutū excludens filias feminas extantibus filijs maſculis, an habeat locum in filiabus monialibus. in ſing. 303. incip. Filiorum appellatione. ante fi.

Si filia propter metū reuerentialem patris efficiatur monacha, talis ingreſſus religionis non valet ſed vitiatur. in ſingu. 347. incipi. Matrimonium.

¶Monitus & monitio. Monitus ſeu cōdemnatus ad aliquid facieñ. ſi illud non fecit propter caſum ſibi ſuperuenientē ſine eius culpa excuſatur. in ſing. 263. incip. Monitus.

Vbi ad perdendū aliquod priuilegiū clericale iura requirunt trinā monitionē fiendam ipſis clericis non rite viuentibus, oportet ꝙ illa monitio apprehendat clericos & nō ſufficit generalis monitio ꝙ oēs ſe abſtineāt in ſing. 259. incip. Generalis monitio.

¶Mora. Quādo periculū eſt in mora multa tolerantur quæ alias non tolerarentur, in ſingu. 421. incip. Quando periculum.

Mora poteſt purgare de equitate iuris canonici ēt vbi eſt dies & pœna cum iuramento in ſing. 461. inci. Rigore iuris.

Quādo datū eſt pignus cū pacto ꝙ ſi nō eſt ſolutū debitū tali tēpore pignus ſit creditoris adueniēte tēpore & nō ſit ſolutū admittitur more purgatio. in ſingu. 468. incipi. Sciunt communiter.

¶Mortuus. Titius mortuus non dr̄ amplius Titius in ſing. 373. inci. Vt noſti.

¶Motus proprius principis operatur magis quā conceſsio vel actus ad poſtulationē pa-

tris.in ſing.14.inci. Ad hoc.

¶Mulier. Mulierum conditio in pluribus caſibus eſt melior & fauorabilior conditione vtrorum.in ſing.248.

Mulier nõ poteſt carcerari pro debito, qđ limita vt in ſing.248.

Mulier recuſans redire cũ viro ſuo poteſt perſonaliter cogi.in ſing. 248.inci. Conditio.

Mulier non põt cogi perſonaliter comparere in illis caſibus in quibus quis põt cogi in iudicio pſonaliter cõparere.in ſingu.248.

Mulier inuenta cũ armis ẽt ſi non inueniat fideiuſſorem non debet duci ad palaciũ, ſed debet relaxari iuratorie cautioni. in ſingu. 248.incip. Conditio.

Mulier prẽfertur in dote alijs creditoribus, quod limita vt in ſing.324.incip. Mulier.

Mulier ſi fuit percuſſa a viro quia nolebat cõſentire cõtractui fiẽdo per virũ, ſi poſtea ex interuallo conſentiat non valet quod agitur, quia præſumitur durare idẽ metus donec durat dictum matrimonium.in ſing.325 incip. Dixi tibi.

Mulier quæ habet virũ cui fuerũt omnia bona cõfiſcata põt propria authoritate ponere manus ad res ſuas ne occupentur per fiſcum.in ſing.405.incip.Ius ſibi dicere.

Mulier ſi per traditionẽ pecunie inducitur ad cummittendũ adulteriũ, tunc inuita reputatur cõmiſiſſe illud, & ille qui dedit ſibi pecuniam punitur pœna ſtatuti quo imponitur pœna adulterãti ad mulierẽ inuitam.in ſing.253.incip. Datio pecunie.

¶Mutilati mẽbris vel corpore vitiati nõ poſſunt eſſe teſtes cõtra clericos in cã criminali.in ſing.379.inci. Clericorũ priuilegia.

Maritus qui non ſuſtinet onera matrimonij non lucratur partem dotis delatam marito moriente vxore ſine filijs.in ſing. 514.incipien.viget.

Maritus implicans ſe pluribus fideiuſsionibus dr̃ male vti ſubſtantia ſua adeo quod eius vxor poteſt repetere dotẽ conſtãte matrimonio.in ſing.574.inci.mulier.

Maritus promittẽs reſtituere totã & integrã dotẽ priuatur lucro ſibi obueniente ex forma ſtatuti.in ſing.687.inci.verbũ integre.

Maritus põt alienare fundũ dotalẽ eſtimatũ & alias res dotales datas in dotẽ quod fallit qñ maritus nõ eſt ſoluẽdo quia tunc non obſtante eſtimatione nõ poteſt alienare. in ſing. 691.inci.fundus dotalis.

¶Matrimoniũ. matrimonia debẽt eſſe libera & ideo nõ valet ſtatutum per quod impeditur matrimoniũ vel per quod tollitur libera facultas cõtrahendi matrimonium, in ſing.589.inci.alias de anno.

Valet matrimoniũ ſine cõſenſu patris de iure canonico.in ſingu.589.incip.alias de anno.

In matrimonio attẽditur ius canonicum.in ſingu.589.inci.alias de anno.

¶Membra. nemo eſt dñs membrorũ ſuorũ & ideo nemo põt ſe obligare ad pœnã corporalẽ pro alio.in ſing.651.inci.puto te ſcire.

Ille qui propter delictũ ſuum eſt condẽnatus in pœna pecuniaria vel ad fuſtigationem ſi eſt ſoluẽdo & velit potius fuſtigare ꝙ ſoluere iudex non debet eũ audire ſed debet eũ cogere ad ſoluẽdum & debet ipſe iudex vẽdere de bonis ipſius rei pro ſoluẽda tali condemnatione inuito dicto reo. in ſingu. 651.inci. puto te ſcire.

¶Metus. metus non probatur ẽt per duos tẽſtes qñ in contractu qui dicitur metu factus interuenit preſentia cõiunctorũ.in ſing.528 incip.dixi tibi &c.

Metus ad hoc vt operetur vires metus debet eſſe talis qui cadat in conſtantẽ virum vel in conſtantẽ mulierẽ alias non operatur vires metus quod fallit in metu illato teſtibus vt minãs perdat cãm nam tunc ſufficit omnis metus.in ſing. 578.incip. metus.

Blandicie potentũ inducũt iuſtũ metum.in ſingu.645.inci.aduertant.

Præſentia coniunctorũ facit ceſſare præſumptionẽ metus.in ſing.673.inci.nõnulla qđ tamen limita vt ibi.

¶Miles. milites non poſſunt pro delicto torqueri ẽt ſi contra eos extẽt indicia ſufficientia ad torturã nec valet cõſuetudo in cõtrarium quod tñ non habet locũ in crimine leſe maieſtatis in ſing.556.incip.plura vt credo & caſu quo poſsint torqueri debet tamẽ primo degradari.vt ibi.

¶Mine. licitum eſt occidere minantẽ qñ ipſe minãs eſt in actu offendẽdi minatũ.in ſingu. 640.inci.examinaui alias ſed per ſolas minas nõ licet occidere minantem vt ibi.

¶Minor. minor effectus maior ſi ignorauit ſe fuiſſe leſum tẽpore minoris etatis & ſteterit etiam per centum annos quod non petierit reſtitutionẽ in integrũ tñ poterit eã ſemper petere quando peruenerit ad notitiam ſuã talis leſio. in ſingula.572.incipien.multa & quam plura.

¶Minor delinquẽs ad hoc vt de delicto puniatur vera pœna delicti tanꝗ maior requiritur quod ſit doli capax eſt proximus pubertati alias ſi iſta duo in eo non concurrũt nõ poteſt de iure puniri vera pœna delicti tanquam maior.in ſingu.628.incip. his temporibus.

Minor delinquēs in omittendo vel negligēdo etiam ſi ſit doli capax non punitur. in ſing. 628.inci.his temporibus.
Auctoritas iudicis ſi debet interponi in cōtractu minoris & talis minor ſit clericus debebit interponi auctoritas a iudice eccleſiaſtico.in ſing.667.inci. ſepiſſime.
ℭMomentum.momentanea nō ſunt in cōſideratione.in ſing.671.inci.in repe.mea.
ℭMonitio.monitio iudicis facta parti ad agēdū vel ad docendū de iuribus ſuis nō conſtituit talē partē in mora adeo quod non poſſit poſt terminū agere vel docere de iuribus ſuis niſi talis monitio fuerit bina in ſingu.616.inci.ſolent ſepe.
ℭMora per interpellationē extraiudicialem debitor cōſtituitur in mora.in ſing.538.inci. per interpellationem.
Quando periculū eſt in mora multa concedūtur ſeu permittuntur quę aliter non permitterentur.in ſing.543.inci.male ficijs.
Quando periculū eſt in mora valet præceptū iudicis factū ſine cauſe cognitione.in ſingu. 648.inci.cauſe cognitio.
ℭMulier.Mulier illegitima ſi ſit viro legitimo & naturali ipſa ēt efficitur legitima. in ſing.501.inci.tritum.
Mulier conſtante matrimonio poteſt dotem ſuā repetere a marito quādo incip.male vti ſubſtantia ſua & vergere ad inopiam & dr̄ male vti ſubſtantia ſua quando implicat ſe pluribus fideiuſsionibus & tunc mulier habet legitimam cauſam repetendi dotem. in ſing. 574.incip.mulier &c.
Mulier cōtrahendo ſecundū matrimoniū dicitur honeſte viuere & ſeruare voluntatem viri qui in teſtamento dixit lego vxori nec ſi caſte viuet.in ſing.567.inci.mulier.
Mulier contrahendo tertiū matrimonium nō dicitur caſte nec honeſte viuere & ideo perdit legatū ſibi factū ſi caſte & honeſte vixerit in ſing.577.inci.mulier &c.circa fi.
Si vxor ſit relicta vſufructuaria a marito in bonis ſuis nō perdit vſumfructū ſi trāſit ad ſecūda vota.ī ſing.577.inci.mulier &c.in fi.
Mulier in dubio non præſumitur dare omnia bona ſua in dotem.in ſingu. 588. incipiē. de iure communi.
Mulier nō poteſt eſſe teſtis in ſcriptura priuata.itē poteſt eſſe procuratrix arbiter nec iudex.in ſing.611.inci.adduxi tibi &c.
Mulier luxurioſe viuēs non pōt ſtare in iudicio ſine curatore.ī ſing.688.inci.fornicatio.
Mulier luxurioſe viuēs priuatur tutela filiorū in ſing.688.inci.fornicatio.
Mulier luxurioſe viuēs priuatur ſucceſsione filiorū.in ſing.688.inci.fornicatio.
Mulier ꝓ rebus eſtimatis datis in dotē habet rei vendicationem vtilem quando maritus non eſt ſoluendo.in ſing.691. incipien.fundus dotalis.
ℭMutuū.mutuās ſtatim conſumpturo eū nō obligat ad reſtitutionē.in ſingu.564. incipi. mutuans.
Mutuās ſub turpi cōditione pecuniā nō pōt illā repetere.in ſing.564.inci.mutuans.
Mutuās filioſa.nō pōt petere mutuū obſtante macedoniano quod tamē fallit in mutuante filioſa.propter neceſsitatem ipſius filijfa. in ſing.670.inci. neceſsitas &c.
Ille qui probauit mutuū ſed non pōt probare quantitatem mutui ſtabitur iuramēto ipſius mutuantis in ſing.689.inci.nuper interrogatus &c.poterit tamen iur. mentū ſuum moderari per iudicem vt ibi.

N

Naufragium in cā naufragij teſtes poſſunt examinari parte non citata. in ſing.24.inci.Clarum eſt in iure.
ℭNegās narrata prout narrantur generaliter ſi conuincatur nō punitur de mēdacio.in ſing. 242.inci. Tex.habes.
ℭNegligentia in pluribus eſt damnoſa. vt in ſing.360.inci.Scribitur &c.
ℭNepos & neptis. Neptis ex filio maſculo dr̄ ex linea maſculina ipſi auo, & ideo ſi qs accipit emphyteoſim pro ſe & heredibus ſuis deſcēdentibus per virilē ſexū comprehēditur neptis femina ex filio maſculo licet non cōprehendatur filius maſculus ex filia femina.in ſing.33.inci. Neptis ex filio.
Nepos ex filio eſt ī poteſtate aui & nō patris viuēte auo.in ſing.120.inci. Nepos ex filio.
Nepos ex filio naturali nō legitimatur ꝑ ſubſequens matrimoniū contractū inter auū & autā poſt mortē ipſius filij naturalis.in ſing. 121.inci.Credo te ſcire.
Nepotes ex filio regulariter veniunt appellatione filiorū,qđ fallit in aliquibus caſibus. in ſing.302.inci. Filiorum appellatione.
ℭNotarius pōt apponere in inſtr̄o clauſulas cōſuetas licet nō ſit ſibi dictū a partibus,qđ limita vt in ſing.123.inci.In iure.
Notarius conficiēs inſtrumentū vſurariū punitur,vt in ſing.181.
Notarius banchi publici vbi redditur ius nō pōt eſſe ſpurius,& ſi eſt nō valet proceſſus ſed omnia corruunt.in ſing.273.
ℭNotarius.Non creditur notario niſi de his quę corā eo fiūt.in ſing.462.inci. Notario.
Notarius ſi hodie conficit inſtrumentū mutui & aſſerit ꝙ heri in ſua preſentia fuit nume-

ſi rata pecunia nihil probat de numeratione, in ſing.462.inci. Notario.

Notarius ſi aliquid ſcripſit in protocollo, & poſtea illud cācellauit, & in margine ſcripſit, hoc fuit cancellatū de volūtate partium nec de tali cācellatione ibi appoſuit teſtes, tūc non creditur notario & talis cācellatio non valet. in ſingula.466.incipiente. Quoniam multi.

Notarius nunq̃ debet ſcribere vel ordinare teſtamentū alicuius, & poſtea ipſum legere teſtatori, ſed debet permittere q̄ teſtator illud ordinet ore ꝓprio, & poſtea ipſum legere corā teſtatore & teſtibus alias nō valet, in ſing.499.inci. Teſtamenta.

¶Nouatio. Licet trāſactio ſit facta animo nouandi, & ex ea pignus datū ſit, ſi tñ tranſactio nō ſeruatur, pignus non reſtituitur, ſed pro obligatione nouata retinetur. in ſingu. 145.incip.Frangenti.

¶Nouū.Quæ de nouo emergunt nouo indigēt auxilio.quod amplia vt in ſing.142. incip.Cautum.& in ſing.233.

Teſtes de nouo reperti admittuntur ēt poſt cōclusum in cauſa.in ſing.297.inci.Teſtes.

¶Nullitas operatur q̄ dicēti ſententiā nullā ex probabili ratione interim nō currit ſibi tempus appellandi. in ſingu.152. incipien. Succumbens.

¶Nūcius portans literas homicidij ſciēter punitur pœna homicidij.in ſing.181.

Notarius priuatus officio tabellionatus propter delictum non poteſt amplius creari tabellio.in ſing.556.inci. plura &c.

Notarius ſcribens inſtrumentū ſimulato punitur pœna manus & eſt perpetuo infamis. in ſing.563.inci.parum.

Notarius priuatus officio tabellionatus ſi ſcribit relicta ad pias cauſas nō valet eius ſcriptura.in ſing.569.incip.pia cauſa.

In antiquis nō eſt neceſſe probare q̄d ille qui reperitur ſcriptus ꝓ notario ſi notarius ga ex tali facto antiquo oritur præſumptio q̄d fuerit notarius.in ſing.587.inci. qualitas.

Notarius cōdēnatus de falſo nō pōt vlterius facere inſtrumēta.in ſing.593. inci. tu ſcis.

Si partes requirūt notariū falſarium ſuper cōfectione inſtrumēti ſi tale inſtrumentū non valebit vt inſtrumentū valebit ſaltē vt cōfeſsio.in ſing.593.inci.tu ſcis.

Quando notarius perdidit prothocolū alicuius inſtrumēti de quo fuit rogatus quo remedio ſibi ſuccurratur.in ſing.596.inci. notarij quandoque.

Notarius condemnatus de falſo per contumaciam poterit etiam conficere inſtrumenta, in ſingulari.604.incipiente in materia contumacie.

Si notarius aſſerit ſi in inſtrō ſe certioraſſe mulierem de beneficio velleiani ſi poſtea interrogatur quid ſit tale beneficium & neſciat corruit inſtrumentū quod tñ limita vt in ſing.661.inci.examinauit ſibi &c.

Notarius tanquā perſona publica poteſt alteri ſtipulari quod intellige verū quando eſt in actu cōficiēdi inſtrumēti de quo rogatur a partibus ſecus autem eſt quando non eſt in actu rogitus inſtrumenti.in ſing. 663.incip.notarius &c.

Notarius pōt apponere clauſulas cōſuetas in inſtrumēto licet ſibi non ſit dictum a partibus hoc eſt verū qñ inſtrumentum eſt in fieri ſecus autē eſt in inſtrumēto iam facto. in ſing.663.inci.notarius.

¶Notificatio nedum interpellatio extraiudicialis conſtituit debitorē in mora. ſed ēt ſola notificatio debiti eū conſtituit in mora.in ſing.538.inci. per interpellationem.

¶Notorium in notorijs licet non ſit ſeruatus ordo iuris tñ valet proceſſus & ſentētia. in ſing.511.inci.notoria ſunt.

In notorijs ſolēnitates iuris relaxātur quod tamen limita in ſolennitate cōpetentie iudicis quæ competentia iudicis requiritur ad exequendū notoriū.in ſing.659.incipi.ſatis notum.

¶Nouum quæ de nouo emergunt nouo indigent auxilio quod amplia.vt in ſing.619.incip.emergens.

¶Nullitas, nullitas poteſt proponi licet ſit lapſus terminus datus ad omnem defenſionē faciendā.in ſing.562.inci.aduertas. & in ſingu.592.inci.nullitas.

Licet appellatio ſit ſublata per clauſulā appellatione remota tñ tunc poteſt proponi nullitas.in ſing.592.inci.nullitas.

¶Nuntius nō creditur nuntio niſi in his quæ pertinent ad eius officium vnde ſi dicat citatū dixiſſe ſibi iniuriam ſibi non creditur. in ſing.560.inci.habemus &c.

O

Oblatio ad hoc vt valeat, & operetur vires oblationis debet fieri cū denarijs in manibus & non ſufficit q̄ verbaliter fiat, quod tamen fallit in pacto de retrouendendo in quo ſufficit etiam oblatio verbalis in ſingu.479. incip. Oblatio.

¶Obligatio fideiuſſoria trāſit ad heredes q̄d fallit in fideiuſſore dato ꝓ maleficio.in ſingu.159.inci.Obligatio, quod tamen limita & intellige vt ibi.

Obligatio ſine cauſa probat ſemiplene, in ſingu.249.inci.Obligatio.

¶Obligatio.Qui promittit ſe obligare ad decē,poteſt ſtatim ad decē cōueniri abſq; alia obligatione vt euitetur circuitus. in ſingu. 469.inci.Dixi profecto.

¶Obligatio ſine cauſa licet nō valeat,tñ quādo eſt facta ex certa ſcientia valet. in ſing. 482.inci. Nedum docti.

¶Obſcurū.Semper in obſcuris debemus inclinare in miniorē partē.qd tamē limita pluribus modis vt in ſing.218.inci. Regula.

¶Occidēs aggreſſorē ſe defendēdo non tenetur de occulto.in ſing.106.inci.Occidens.

Licet occidens aggreſſorem ſe non defendendo ſed aliter, puniatur & nō excuſetur, tñ mitius punitur,& ideo ſi percuſſus inſequatur vulnerantē qui fugiebat & eū occidat non tenetur vt homicida,quia eſt potius in culpa,ꝙ in dolo.in ſing.100. inci. Occidēs.

Occidēs iudicem qui eum torſit ſine indicijs non punitur pœna mortis.in ſing.455.inci. Difficilimum.

¶Occidere.Sicut mihi licet occidere inſultātē me cum armis, ita mihi licet occidere inſultantē amicū meū magna amicitia coniunctū cū armis.in ſing.351.inci.Amicitia.

¶Occultās ſciēter debitorē alienū, non tamē tenetur ad ſoluēdū debitū creditori.in ſing. 43.inci.Debitor.

¶Officialis qui de proximo remotus eſt ab officio,an gaudeat beneficio officialis.i ſingu.179.incip. Viget communiter.

Officialis prohibitus a ſtatuto aliquē bāni re vel abſoluere poteſt pronunciare illū banitū vel abſoluēdum. in ſing.200.

Officialis ſi inuenit aliquē cū armis cōtra proclama & eū non apprehendit,tñ facit ſcribi in actis qualiter talē tali loco & tempore inuenit cū armis,vigore talis ſcripturę ille poterit puniri,licet nō fuerit captus. in ſingu. 365.inci.Dubitarunt.

¶Officium iudicis.Imploratio officij iudicis non vr̄ prohibita ſtāte ſtatuto,quod contra laudū vel contra ſententiā nō poſsit opponi aliqua exceptio.in ſingu.88.incip.Stante ſtatuto. in princip.

Prohibitus excipere nō prohibetur officiū iudicis implorare.in ſing.277.inci.Licet.

¶Omne nimiū vertitur in vitiū.in ſing. 385. inci.Dicit quoddam prouerbium.

¶Ordo.Sicut omiſsio ordinis iudiciarij reddit proceſſum nullū in ordinarijs iudicijs, ita omiſſo qualiſqualis ordinis in extraordinarijs iudicijs vitiat ipſum iudiciū.in ſingu.256.incip.Eadem ratio.

¶Ordo.Vbi nō eſt ordo deficit ſubſtantia.in ſing.342.inci.Quando teſtis.

Preſumitur pro iudice qñ ſeruauit debitū iuris ordinē,alias ſecus.in ſing. 354. incipien. In dubio.

Cognoſcere iuris ordine nō ſeruato eſt ius alterius auferre.in ſing.364.inci.In dubio.

Iudex procedēs extra ordinem dr̄ procedere de facto.in ſing.354.inci.In dubio.

Occidere ſicut licitū eſt occidere aggreſſorē pro defenſione ſua ita licitū eſt occidere ſe præparantē ad inſultandū vel occidendū. in ſing.638.incip. præparatio.

Licitum eſt occidere minantē dum ipſe eſt in actu offendēdi minatum.in ſingu.640.inci. examinaui alias.

Si non poſſum aufugere quod me non percutias niſi te interficiā licite poſſum te interficere.in ſing.692.inci.vim vi.

¶Offenſio. offenſio facta illi cū quo eſt facta pax in dubio pręſumitur facta ex noua cā nō ex antiqua.in ſing.503.inci.ex pace &c.

¶Officialis,ſi officiali eſt datū liberum arbitriū & promiſſum qđ non teneatur ſtare ad ſindicatū,tali caſu vr̄ ſibi ſolū remiſſa leuis & leuiſsima culpa,nō autē dolus & lata culpa in ſing.595.inci. plures ſunt.

Officialis iurās die feriato de ſeruādis ſtatutis ciuitatis vel loci nō tenetur ſeruare tale iuramentū ſed poteſt cōtrauenire impune in ſing.624.incip.aduerte quæſo.

Officialis ſuccedens alteri officiali in officio bene aduertat ne permittat ipſum officialē cui ipſe ſuccedit recedere ſine ſindicatu qa ſi permittat eū recedēre tenetur omni pœna qua tenebatur ille officialis cui ſucceſsit.in ſing.652.incip. diligenter aduertant.

¶Onera. qui non ſuſtinet onera in ciuitate non gaudet beneficijs ſtatutorum ciuitatis in ſing.519.inci. ille qui nō ſuſtinet &c. qđ tamen non habet locum in ciuibus non ſuſtinentibus onera ex priuilegio vt ibi.

¶Opinio. vltima opinio in dubio cenſetur approbata quod tamē fallit niſi vltima ſaperet rigorē & prima ſaperet equitatem quia tunc cenſetur approbata.in ſing. 631.incip. vltima opinio.

¶Ordo litere,ordo littere non attēditur qđ ſi attenderetur actus redderetur nullus. in ſing.672.inci. ſlenda eſt.

P

Pactum licet ex pacto nudo non oriatur actio, ſi tamen pro illo aliquid petatur non debet denegari iuſtitia,quia procedit ſecundum præcepta iuriſgentium. in ſing.148.incip.Graue.

Pactum de futura ſucceſsione reciprocum ſeu viciſsitudinarium valet.in ſingula.333.incipien.Pactum.

Ex pacto nudo non oritur actio. quod amplia vt in ſing.464.inci.Ex pacto nudo.

¶Papa præſumendum eſt regulariter pro facto Papæ, quia ipſe ſemper præſumitur moueri ex iuſta cauſa. quod limita in ſing.8.incip.Præſumendum.

Papa de plenitudine poteſtatis poteſt ratificare ſententiam latam a iuriſditione carente. in ſing.10.incip.Tu ſcis.

Papa in his in quibus habet liberam adminiſtrationem, vtputa in beneficialibus poteſt auferre ius tertij & tertio præiudicare etiã ſine clauſula non obſtante, ſecus in alijs.in ſing.25.incip.Papa.

Papa non poteſt procedere parte non citata, niſi hoc faciat de plenitudine poteſtatis. in ſing.75.incip.Citatio.

Papa non poteſt diſpenſare ꝙ teſtis inferendo teſtimonium in iudicio non debeat iurare. in ſing.214.incip.Ad validitatem.

Papa an ſine iuſta cauſa poſsit diſpẽſare circa ius poſitiuum.in ſing.230.inci.Antiqua.

Papa ſi ſemel reſeruauit ſibi collationẽ alicuius beneficij non reddit poteſtas conferẽdi illud ad ordinarium, quouſq; prouiſio illius beneficij virtute reſeruationis non habuit effectum.in ſing.301.inci.Dixi tibi.

Collatio papæ de beneficio præfertur collationi ordinarij cæteris paribus. in ſing.316. incip.Hora.

Creditur dicto aſſertioni papę. in ſing.44.incip.Princeps.

Papa ſi confert alicui beneficium eccleſiaſticum cum clauſula non obſtante collatione alteri facta, intelligitur de collatione inualida, non autem de valida.in ſing.483.incip. Beneficia principum.

¶Paries. Cuilibet licet parietem ſuum altiare vſq; ad cœlum, quod limita tribus modis ut in ſing.154.incip.Cuilibet.

¶Partus eſt pars viſcerũ matris & qualis eſt mater talis erit partus.in ſing.426.inci.Partus. quod eſt verum in fauorabilibus, ſed ſecus eſt in odioſis.vt ibi.

¶Parum & nihil equiparantur. quod amplia vt in ſing.276.incip.Parum.

¶Pater poteſt exhæredare filiũ nedum propter aliquam cauſam de cõtentis in.§.aliud quoq; capitulũ.in authen.vt cũ de appel.cogno. ſed ẽt ſi cõmittat maiorẽ cauſam illis, licet nõ numeretur in d.§.aliud quoq; capitulum.in ſing.78.inci.Plures.

Pater poteſt vendere filium propter neceſsitatem famis, quod tñ fallit in filio presbytero quem pater non poteſt vendere propter famem.in ſing.101.incip.Pater.

Pater tenetur alere filium, ẽt ſi ſibi aſsignauit alimenta, & filius illa ludendo diſsipauit.in ſing.104.incip.Pater tenetur.

Pater põt filiũ tradere monaſterio inuito auo ſub cuius poteſtate ipſe pater & filius ſunt. in ſing.120.inci.Nepos ex filio.

Pater non tenetur de iniuria facta per filiũ naturalem tñ inimico ſuo cum quo fecit pacẽ licet promiſerit pro omnibus filijs ſuis q̃d eum non offenderit.in ſing.239.incip.Dixi.

Pater & filius cenſentur vna & eadem perſona.quod amplia vt in ſing.160.inci.Pater.

Pater ſi reliquit filie mille ſi nupſerit, & 600. ſi religionem intrauerit, ſi intrat religionẽ, debet habere mille.in ſin.217.inci. Validũ.

Pater ſi in teſtamento ſuo expreſſe prohibuiſſet hæredibus ſuis, vt non deberent dare alimenta filio ſuo baſtardo, tñ tali prohibitione non obſtante, hęredes tenebuntur ſibi dare alimenta.in ſing.358.inci.Pater.

Pater contrahens cum filio intelligitur pręſtare conſenſum filio ad faciendum illum contractum abſq; eo quod hoc aliter exprimat. in ſing.447.inci.Faciens contractum.

Pater & filius cenſentur vna & eadem perſona.in ſing.448.inci. Habens poteſtatẽ.in fi.

Pater habens legitimam adminiſtrationẽ bonorum filij minoris poteſt alienare bona ipſius filij minoris ſine decreto.in ſingul.498. incip.Bona minorum.

¶Patientia cum taciturnitate inducit conſenſum.in ſing.77.incip.Patientia.

Patientia inducit mãdatum & ei equiparatur. in ſing.77.inci.Patientia.poſt med.

Patientia. Licet patientia cũ taciturnitate inducat conſenſum, hoc tñ fallit vbi requiritur ſcriptura, quia in illis patientia, cum taciturnitate non inducit conſenſum, in ſing. 330.incip.Si ſis bene maior.

¶Pauperes Chriſti. In pauperibus Chriſti nõ habet locum diſpoſitio.l.quoties.C. de rei vendi.in ſing.82.inci. Volo tibi.

¶Paupertas. Ille qui dat cauſam paupertati ſue non iuuatur propter ipſam paupertatẽ. in ſing.104.incip.Pater.

¶Pax. Mandatũ factum per vulneratũ ad faciendũ pacẽ non finitur morte mandantis ẽt re integra.in ſing.44.inci.Mandatum.

Pax facta de vulnere, an intelligatur facta de morte, ſequuta morte, in ſingu.46.incipien. Quidam fuit.

Pax. Faciens pacem cum aliquo ſi illum non offendit, ſed offendit eius conſanguineum

dicitur rupiſſe pacem. in ſing.331.incip. Pacem faciens.
Si duo fecerunt pacem & promiſerũt ſub pœna ſe non offendere tunc primus offendens alium incidit in pœnam & alius poſtea põt ipſum impune offendere ẽt ſi ĩ inſtrumẽto pacis ſit clauſula rato manente pacto.in ſingu.337.incip.Secutis homicidijs.
Si facio pacẽ Titio & ſocijs ſuis vel adherentibus,an cenſeat̃ rupta ſi vnus ſociorum vel adherentiũ offendat̃ anteꝗ̃ ipſam pacẽ rati ficet.in ſingu.337.incip.Secutis homicidijs.
An quilibet teneatur inſolidum de pace rupta ſi omnes ſe obligarunt inſolidum.in ſingul. 337.incip.Secutis homicidijs.
An inferens metũ dicatur rumpere pacem. in ſing.337.incip.Secutis homicidijs.
Si ſtatutum imponit pœnam non habenti pacem ab offenſo non habet locũ vbi non eſt offenſus a quo pax haberi poſsit.in ſingul. 339.incip.Cui non conueniunt.
An pax facta bannito vel treuga ei ſit ſeruanda,& eam rumpens, an cadat in pœnã conuentionalem vel ſtatutariam.in ſing.352.incip.Sepius vidi.
¶Peccatum. Vbi agitur de peccato euitando creditur teſti vltro ſe offerẽti,quod ſecus eſt in alijs.in ſing.140.inci. Teſtis.
¶Pecunia. Datio pecunię ſeu interuentus pecunię inducit delictum vbi alias non eſſet. in ſing.353.inci.Datio pecunię.
Quod debet fieri gratis ſi fiat per pecuniã turpiter fit.in ſing.353.inci.Datio pecunię.
Pecunia excecat oculos ſapiẽtum & facit nolentẽ velle.in ſing.353.inci.Datio pecunię.
¶Pœna. A pœna talionis excuſatur vnus teſtis.in ſing.47.inci.In ore duorum.
Iudex ex cauſa poteſt augere vel minuere pœnam & moderare ſtatutum.in ſingu.192.incipien.Iudex.
Conſtitutio quæ extenditur ex identitate rationis nunquam extenditur reſpectu pœnę. in ſing.192.incip.Iudex.
Pœna non intelligitur prorogata ſi eſt prorogatum compromiſſum ubi erat appoſita pœna.in ſing.300.incip.Prorogatio.
Pœna vbi imponit̃ ipſo iure tunc nihil operat̃ pœnitentia.in ſing.326.inci.Pœnitentia.
Pœna debet tenere ſuos authores non alios.in ſing.391.incip.Pœna.
Si miniſtralis literarũ ignarus facit ſibi ſcribere denunciam maleficij ꝙ̃ ſit falſa, nõ debet puniri ille miniſtralis,ſed ille qui ſcripſit talem denunciam.in ſing.391.inci.Pœna.
Quo ad pœnam conuentionalẽ nihil operatur clauſula rato manente pacto,in ſingul,482, inci.Clauſula rato manente pacto.
Qui non parit primo mandato ſi parit ſecũdo, an euitet pœnam primi.in ſingula.491.incipien.Pluries.
Iudex comminando maiorem pœnam vĩ recedere a minori.in ſing.491.inci.Pluries.
¶Pœnitentia in delictis re integra operat̃ vt ille qui propoſuit delinquere nõ puniatur, quod tñ fallit in baratatia. in ſing.326.inci. Pœnitentia.Item fallit quando pœna imponitur ipſo iure.vt ibi &c.
¶Perire plura conceduntur quando res eſt tẽpore peritura quæ alias non concederẽtur. in ſing.258.inci.Plura.
¶Periti in arte non poſſunt compelli ad aſſumendum officium referẽdi iudicium ſuum. in ſing.177.incip.Iudicandi.
¶Periurus. Semel periurus perdit beneficiũ iurandi,nec vlterius admittitur ad iurandũ. in ſingu.74.
Periurus etiam poſt peractam pœnitentiã non poteſt eſſe teſtis ſicut nec antea poterat. in ſing.273.incip.Notiſsimum.
Periurium non committitur ſine dolo.in ſing. 287.incip.Tetigi.
¶Perſona eccleſiaſtica.In perſona eccleſiaſtica non habet locum diſpoſitio.l.quoties.C. de rei vendi.in ſing.82.inci.Volo tibi.
¶Pertinere. Verbũ pertinere,latiſsime ſumit̃, & comprehendit etiam illum cui debetur actione perſonali.in ſing.275.inci.Statui.
¶Pia cauſa. In cauſa pia mandatum non finit̃ morte mandantis.in ſing.44.incip.Mandatum.circa prin.
Præſtatio diuturna facta ex mera liberalitate non producit obligationem, fallit tamen in præſtatione diuturna quæ fit in piam cauſam,quia ex illa quis obligatur.in ſing.192. incip.Diuturna.
Diſpoſitio teſtatoris facta ad piam cauſam nõ poteſt mutari vel alterari ab epiſcopo vel ab alio citra papam,quod eſt verum in voluntate iam executa,ſecus eſt in non executa.in ſing.194.inci.Magna eſt.
¶Pignus.Si datum eſt pignus creditori cũ pacto ꝙ ſi tali tempore nõ erit ſibi ſoluta eius pecunia ꝙ pignus ſit ſuum, attamen ſi tali tempore nõerit ſoluta pecunia poterit mora purgari per debitorem.in ſing.468.inci. Sciunt communiter.
¶Plenam.De verbo,plenam,vide in ſingula. 247.incip.Remiſsio iniuriarum.
¶Pluralitas in dubio non præſumitur in aliquibus rebus.in ſing.439.inci.Pluralitas.
Pluralitas ſeu reiteratio in delictis non præſumitur,in ſing.439.inci.Pluralitas.

¶Pons fluminis venit appellatione vie vel ſtratæ publice licet ſecus ſit in ipſo flumine, in ſing.68.inci.Statuto cauetur.in fin.

¶Poſitio. Poſitiones fieri poſſunt publicatis atteſtationibus ſuper articulis ſuper quibus non poſſunt produci teſtes ad probandũ. in ſing.110.inci.Communis doc.opi.

Poſitio licet principalis per ſeipſum & non ꝑ procuratorem debeat reſpondere poſitionibus, hoc tñ fallit in homine ſimplici & groſſo in quo eſſet præſumptio ꝙ de leui caperetur in reſpondendo, quia tunc admittit ad reſpondendũ talibus poſitionibus eius procurator vel aduocatus.in ſingul.450.incip. Simplicitati.

¶Poſſe.Quod potui nolui, quod volui adimplere nequiui. quod amplia vt in ſing.262. incip.Quod potui.

¶Poſſeſsio. Nemo priuandus eſt poſſeſsione ſua niſi primo citetur etiã ſi ſit prædo. quod amplia vt in ſing.195.inci.Nemo.

Qui perdidit titulum ſed non poſſeſsionẽ non eſt ſine ordine iuris ſpoliandus.in ſing.195. incip.Nemo.

¶Poſſeſsio.Etiam poſſeſſori datur officiũ iudicis quod eſt vtilius, ꝙ̃ agere interdicto vnde vi;vel vti poſsidetis.in ſing.406.incipien.Capias &c.

Si aliquis vult ſpoliare me indebite poſſeſsione mea iuris ordine non ſeruato, tunc amici & vicini mei poſſunt illum impune percutere ne me expellat, etiam ſi per magiſtratum fuerit miſſus talis executor. in ſing.456.incip.Habuiſti.

¶Poſſeſſor ſeu poſsidens.Poſsidẽs rem & negans illam poſsidere ſi conuincitur de mendacio priuetur ſtatim de poſſeſsione & trãſfertur in aduerſarium. quod tamẽ limita vt in ſing.242.inci.Tex.habes.

Poſſeſſor verus cum titulo etiam cum errore iuris vel facti facit fructus ſuos.in ſing.268. incip.Verus poſſeſſor.

Licet quis ſit verus poſſeſſor etiam cum titulo, attamen ſi ſcit quod propter aliquod delictum vel aliquam cauſam debet priuari illa re & poſſeſsione tanꝗ̃ indignus, tunc tenetur ad reſtitutionem fructuum non obſtante eius titulo & poſſeſsione. in ſing.268.incip.rus poſſeſſor.

Poſsidens rem quam tamen reſtiturus eſt non poteſt denegare; reſtitutionem opponendo exceptionem de iure tertij. in ſingula.280. incip.Licet.

¶Potentia.Idem operatur potentia in habitu quod operatur potentia in actu.in ſing.325. incip.Dixi tibi alias.

¶Præcarium. Conſtitutio præcarij poſita in inſtrumento venditionis tollit remedium.l. quoties.C.de reſcin.vendi.in ſing.82.incip. Volo tibi dare &c.ante med.

Cõſtitutio præcarij eſt magni effectus.de quo in ſing.158.inci.Hodie.

Conſtitutio præcarij poſita in inſtrumẽto operatur ꝙ debitor qui pro obſeruatione contractus conſtituit ſe omnia bona ſua nomine creditoris poſsidere, ꝙ ſi poſtea ipſe debitor alienat aliqua bona, ꝙ poterit creditor adueniente caſu tanꝗ̃ poſſeſsione priuatus agere contra poſſeſſorem nulla facta excuſsione contra debitorem principalem.in ſingu.158.inci.Hodie communiter.

Præcariũ licet poſsit ad voluntatẽ concedẽtis reuocari hoc fallit niſi concedens vellet ſine cauſa reuocare præcariũ cum damno illius cui conceſsit. in ſing.363.incipien.Credo te ſcire.

Pręcarium appoſitũ ſuper re incerta nihil operatur.in ſing.496.inci.Conſtitutio.

¶Pretium. Vbicunque ſit mentio de pretio in dubio præſumitur emptio.in ſing.105.incipien.Vbicunque.

¶Prælatus eccleſiæ poteſt præiudicare eccleſiæ obtinendo vel acquirendo, ſecus in obtẽto vel acquiſito. in ſing.194.inci.Magna.

¶Præiudiciũ irreparabile. Vbi tractat̃ de præiudicio irreparabili recedimus a regulis iuris cõis.in ſing.349.inci.In his.

¶Presbyter. Filius presbyter nõ põt vendi a patre ꝓpter famem.in ſing.101.inci. Pater.

¶Præſcriptio. Iuramentum appoſitum in contractu tollit præſcriptionem in ſingul.141. incip.Audiuiſti.

Pręſcriptio interrumpitur per citationem etiã ſi citatio ſit vnica & non peremptoria dummodo ſit valida. in ſingulari 291.incipien. Præſcriptio.

Citatio ad hoc vt interrumpat præſcriptionẽ non ſolum requiritur quod ſit legitima, ſed etiã ſi fuit valida a principio, & poſtea fuit circunducta aliquo modo non intelligitur interrupta præſcriptio.in ſingul.291.incip. Præſcriptio.

Citatio facta tempore feriato aut ſi eſſet defectus perſonæ citate vt quia eſſet minor non induceret interruptionem præſcriptionis. in ſingu.281.

Eo caſu quo per citationẽ interrumpitur præſcriptio tũc non curat̃ an libellus fuerit male formatus, dummodo citatio fuerit legitime facta.in ſing.291.inci.Præſcriptio.

Præſcriptio interrũpit̃ pluribus modis & ẽt ꝑ citationẽ, qđ eſt verũ ſi appet de ipſa citatiõe.

per relationem nūcij ſcriptam in actis, alias ſecus. in ſing. 246. inci. Præſcriptio.

Præſcriptio dicitur eſſe contra equitatem naturalem & eſt præſidium impium, & ideo præſcripsio eſt reſtringenda tanq̄ odioſa. in ſing. 370. incip. Vſucapio dicitur.

Spurius non pōt præſcribere niſi ſpatio longiſsimi tēporis. in ſing. 478. inci. Spurius.

¶ Præſtatio diuturna facta ex mera liberalitate nō obligat quod fallit in proteſtatione quæ fit in piam cauſam, nam ex tali præſtatione diuturna quis obligatur. in ſing. 192.

¶ Præſumptio iuris & de iure eſt magne importātie. de quo ī ſing. 116. inci. Prçſumptio.

Præſumptio iuris quam quis habet in re, excuſat violentum inuaſorem ipſius rei a pœna & a dolo. in ſing; 162. incip. Violentus.

Præſumptio qualiſqualis operatur quod ſtantibus probationibus paribus ille obtinebit qui habet iſtam qualemqualē præſumptionem pro ſe. in ſing. 371. incip. Teſtis.

Vbi eſt præſumptio contra probantem nunq̄ ex vno teſte defertur iuramentum in ſupplementum probationis. in ſingul. 451. incipien. Decreui.

Vbi veritas haberi non poteſt, ſtatur prçſumptioni. in ſing. 451. inci. Decreui.

Teſtis non idoneus efficitur idoneus ſi habet præſumptionem pro ſe. in ſingula. 451. incipien. Decreui.

Quando præſumptio eſt pro allegante aliqd, ipſe illud allegans releuatur ab onere probandi. in ſing. 451. inci. Decreui.

Præſumptiones poſſunt eſſe tales quod faciūt indicium ad torturā, & econtra poſſunt eſſe tales, & ita leues quod nihil operantur, in ſing. 451. in fin.

¶ Præſentia coniunctorum vel affinium tollit præſumptionem metus doli vel fraudis, & alia etiam operatur, vt in ſingul. 417. incip. Præſentia.

Præſentia ſeu decretum iudicis tollit præſumptionem fraudis & metus. in ſingul. 417. incip. Præſentia.

Præſentia honeſtorum virorū tollit præſumptionem metus. in ſing. 417. inci. Prçſentia.

¶ Præmordium veritatis adiuuat notarium a pœna falſi & plures alios operatur effectus. de quo in ſing. 35. incip. Ille qui nunq̄. & in ſing. 179. inci. Viget communiter.

¶ Princeps. In principe ſemper prçſumit' iuſta cauſa adeo, ꝙ non admittatur probatio in contrarium. quod tamen limita vt in ſing. 6. incip. In principe.

Conſcientia principis ſupplet omnem defectū ſeu omnem ſolennitatem. in ſingu, 14. incip. Ad hoc vt inquiſitio.

Princeps in dubio non videtur velle vti plenitudine poteſtatis, quod intellige verum qñ actus quem facit poteſt valere abſque plenitudine poteſtatis, ſecus ſi actus non pōt valere abſq; plenitudine poteſtatis, quia tunc in dubio videtur vti plenitudine poteſtatis. in ſing. 84. inci. Princeps.

Princeps debet habere vnū calamum & vnā linguam, non aūt plures calamos, & plures linguas. in ſing. 166. inci. Inconſtantia.

¶ Princeps non poteſt ſine cauſa tollere ea q̄ ſunt de iure naturali. in ſin. 292. inci. Nihil.

Princeps licet poſsit de plenitudine poteſtatis tollere defenſionem in cauſa ciuili & pecuniaria, tamen hoc non poteſt facere in cauſa criminali. in ſing. 388. inci. Defenſio.

Princeps non præſumitur velle tollere ius alterius. in ſing. 440. inci. Princeps.

Beneficia principum ſunt latiſsime interpretāda niſi reſpiciāt præiudicium vel iniuriam tertij, quia tunc ſtricte interpretantur. in ſingu. 483. inci. Beneficia principum.

Si princeps in legitimatione vtitur aliquibus generalibus clauſulis includentibus omnes qualitates illegitimatis ſuper quibus diſpēſat legitimatio non vitiat, licet in ſupplicatione nō fuerint expreſſe omnes qualitates illegitimationis. in ſingula. 492. incipien. In legitimatione.

¶ Priuatio. Si lata eſt ſñia contra aliquem per quam pronunciat' ipſum commiſiſſe crimen dignum priuatione, tñ propter hoc non eſt priuatus, niſi hoc exprimatur in ſententia, in ſing. 200. circa fin.

Priuatus ipſo iure non debet expelli ſine citatione & cauſæ cognitione. in ſing. 291.

¶ Priuilegium. Curſus tanti tēporis cuius initij memoria non eſt in contrarium equiparatur ſpeciali priuilegio, quod fallit niſi aſſerens ſe habere tale priuilegium eſſet illius incapax in ſing. 80. inci. Tu habes.

Priuilegium dignitatis durat etiā finita dignitate. quod amplia vt in ſingu. 107. incipien. Priuilegium.

Priuilegiatus contra pariter priuilegiatū non vtitur priuilegio ſuo. quod amplia vt in ſingu. 99. inci. Priuilegiatus.

¶ Probatio. In his quæ ſunt difficilis probationis admitti' probatio ꝑ cōiecturas. in ſing. 2

Probationes debent produci parte præſente vel citata & debet peti dari copia parti cū termino ad opponendum alias nihil operat' talis productio. in ſing. 81. inci. Aduertas.

Probatio per confeſsionem aduerſarij poteſt fieri poſt lapſas oēs dilationes datas ad pro-

bandū.in ſing.110.inci.Cōis opinio.

Probatio qñ eſt prohibita fieri niſi per inſtrm publicū, tñ hoc caſu poterit fieri probatio per quinq; teſtes & erit plena & valida .p. batio non obſtāte ſtatuto prohibente.in ſin gu.157.incip. Volo te docere.

Inſtrumentum debiti productum ante lit.conteſtæ. non facit probationem niſi tempore probatorio iterum producatur.in ſing.170. incip. Animaduertant.

Probatio debet eſſe conformis accuſationi,& ideo ſi aliquis accuſat aliquem ꝙ interfecit aliquem, ſi poſtea probat ꝙ hoc fecit per alium accuſans ipſe debet ſuccumbere . in ſing.187.incip.Qualitas.

Si ſtatutum requirit aliquid probari per teſtes optime opinionis,tunc ad hoc vt inducatur probatio debet articulari & probari bona opinio ipſorum teſtium.in ſingul.187.incip. Qualitas.circa med.

Si probatio eſt verificabilis & concluſiua in omni intellectu prodeſt probanti , licet habeat ambiguos intellectus.in ſing.206.inci. Incertitudo.

Regula non probatum probabo,& nō deductum deducam quomodo intelligatur.in ſin gu.240.incip.Regula.

Dubia probatio ſemper interpretatur contra producentem, quod amplia vt in ſing.267. incip.Dubia.

Probationes non debent ſumi de domo rei. in ſingula.271.

Lapſus termini dati ad probandum non præcludit viam probādi,niſi iudex interloquaē terminum fore lapſum,& illum amplius audiri non deberi.in ſing.283.inci Lapſus.

Probatio ēt fieri poteſt poſt terminum conuētionalem.in ſing.283.inci.Lapſus.

Poſt terminum ſtatutarium aſsignatū ad probandum poteſt fieri probatio per inſtrumēta publica.in ſing.283.inci.Lapſus.

Licet dubia probatio nō releuet probantem, tamen ſi duo rixarunt adinuicē & vnus fuit percuſſus ab alio,& teſtes ſuper hoc dicunt ꝙ non viderunt qñ fuit facta percuſsio, ſed ꝙ viderunt eos inuicem rixantes, & ſtatim dimiſſa rixa viderunt illum eſſe percuſſum, certe ex hoc reſultat indicium indubitatū ꝙ ille vulnerauerat ſeu percuſſerit illum ex quo poterit deueniri ad condemnationē, in ſing.288.incip.Dixi tibi.

Probatio debiti reſultat ex taciturnitate illius, cui directe fuerunt litere in quibus ſcribens dicit illum eſſe ſuum debitorem, ſi ipſe lecta litera non contradicit, in ſing.344. incip.Taciturnitas.

Si pars petijt terminum ad probandum per teſtes de longinquis partibus,& ſuſpicatur ꝙ petat per calumniam debet ſibi dari cū cōminatione ꝙ ſi nō probabit in termino mul ctabitur.in ſing.384.inci.Dixi tibi.

Probatio ſi eſt fienda ſub pœna & facta ſit per teſtes qui ſint reprobati probans non cadit in pœnam.in ſing.444 inci.Statutum.

Quando præſumptio eſt pro allegante aliqui, tunc talis allegans releuatur ab onere probandi.in ſing.451.inci.Decreui.

Probationes debent de neceſsitate concludere.in ſing.494.inci.Probationes.

Probationi ſolum perſuaſiue & non concludēti poteſt credere ille cui committitur cauſa ſola facti inſpecta veritate.in ſing.494. incip.Probationes.

¶Procurator. An procurator ſimpliciter conſtitutus habeat poteſtatem ſubſtituendi maxime qñ dominus releuans eū ab onere cautionis dicit ꝙ ipſum procuratorem ſeu ſubſtitutum ab eo releuat ab onere cautionis. ſing.60.incip. Titius conſtituit.

Procurator ſi petit dilationem ad ſoluendum præiudicat domino,adeo ꝙ dominus videtur approbare ſententiam & renunciare appellationi.in ſing.186.

Sicut in cauſa criminali procurator interueni re non poteſt,ita non poteſt interuenire ad petendum reſtitutionē in integrum aduerſus ſententiam latam in cauſa capitali cōtra minorem.in ſing.221.incip.Reſtitutio.

Si ego procurator tuus ſatiſdedi de iudicio ſiſti,& de iudicato ſoluendo,& poſtea tu effi ciaris non ſoluendo, poſſum iuſte recuſare defenſionem & vlterius nō litigare pro te, in ſing.233.

Procurator non admittitur etiam cum cautione de rato qñ dubitatur de mādato, vbi agitur de magno præiudicio,& propter quam cautionem non eſſet ſufficienter prouiſum. in ſing.245.inci.Quando dubitatur.

Procurator ſi bona fide ceſſauit appellare,tūc dñs non poteſt appellare nec habere regreſſum contra procuratorem,ēt ſi ſit ſoluendo. in ſing.287.incip.Tetigi tibi.

Confeſsio procuratoris etiam vera nunquam præiudicat domino. in ſing.250.inci. Confeſsio.etiam in appellando vt ibi.

Negligentia procuratoris in non appellando præiudicat dño.in ſing.290.inci.Cōfeſsio.

Procurator ſi lata ſit ſnīa cōtra falſum procuratorem & dñs non appellauit, non tñ per hoc dominus videtur approbare ſententiā, ideo ex quo non conſtat de mandato poterit dñs vſq; ad mille annos dicere de nulli-

tate dictæ ſententiæ.in ſing.487.incip.Nota.& vulgaris.

¶Proditor. Proditores ſunt odio Deo & hominibus,ac etiam iuri,& non gaudent priuilegio alijs cōceſſo. i ſin;16.inci.Proditores.

Stante ſtatuto ꝙ bannitus poſsit impune occidi ille qui illum occidit proditorie non gaudet beneficio ſtatuti, ſed imo debet puniri. in ſing.16.incip.Proditores.

Quot modis quis dicatur proditor.vide in ſingu.16.inci.Proditores.

¶Productio copie ſeu exempli facta in termino ſufficit,licet in illo tempore non ſit productum originale.in ſingu.113.incipien.Dictum teſtis.in fin.

Productio probationum debet fieri poſt litem conteſta.tempore probatorio,alias non valet ſi fiat ante litem conteſtatam niſi poſtea tempore habili repudiatur.in ſing.170.incipien.Animaduertant.

¶Promiſsio facta in iudicio habet executionem paratam ſicut inſtrumentum guarentigiatum.in ſing.394.inci.Calor iudicij.

Quelibet promiſsio non oblig t promittentē. in ſing.464.inci.Ex pacto nudo.

Promiſsio ſine cauſa facta ex certa ſcientia,valet & tenet.in ſing.482.inci.Nedū docti.

¶Proprius vſus. Quid operet proprius vſus, vide in ſing.86.incip.Statutum.

¶Prorogatio compromiſsi nō poteſt fieri maioris temporis ꝙ̄ fuerit primum tempus ipſius compromiſsi.in ſingula.52.incipiente. Prorogatio.

Prorogatio intelligitur fieri cū omnibus qualitatibus rei prorogate.in ſing.300.incipien. Prorogatio.

Eadem ſolennitas requiritur in prorogatione compromiſsi vel alterius actus quæ requiritur in primo compromiſſo fiendo.in ſingu. 300.inci.Prorogatio.

¶Proxeneta cōtractus vſurarij,tenetur ad reſtitutionem vſurarum.in ſing.181.inci.Mandans.circa med.

¶Prouocatus.Si prouocatus delinquit mitius puniť.in ſing.455.inci.Difficillimum.

¶Publicatio. Publicatis atteſtationibus non poſſunt idem teſtes examinari, ſuper nouis capitulis qn̄ a principio ipſi teſtes iurarunt ſimpliciter dicere veritatem ſuper tota cauſa.in ſing.23.inci.Publicatis.

Publicatio teſtium licet non obſtet in criminalibus iſtud eſt verum ad defenſam, ſecus autem ad offenſam,quia tūc publicatio obſtat.in ſing.95.inci.Fauorabiliores.

Publicatis atteſtationibus non poſſunt ſuper eiſdem capitulis teſtes recipi, fallit in teſtimonio medicorum ſeu peritorum in arte.in ſing.66.incip.Publicatis.

Publicatis atteſtationibus poſſunt fieri poſitiones etiam ſuper articulis ſuper quibus non poſſunt produci teſtes ad probandum.in ſingu.110.inci.Communis doct.opi.

Publicatis atteſtationibus poſſunt teſtes produci in cauſa matrimoniali. quod limita & reſtringe vt in ſing.128.inci.Teſtes.

Papa. illud quod dicitur quod papa eſt ſupra ius poſitiuum eſt verum quo ad ius poſitiuū iuris canonici,non autem eſt verum quo ad ius poſitiuum iuris ciuilis quia non pōt tollere ius ciuile non inducens peccatū. in ſingu.599.inci.poteſtates &c.

Licet papa poſsit tollere ius quæſitū ſubditis ſuis tñ non poteſt tollere ius quæſitum non ſubditis.in ſing.599.inci.poteſtates.

Papa non poteſt diſpenſare contra legem poſitiuam habētem in ſe aliquam rationem diuinam vel naturalē prout eſt lex prohibens pluralitatem beneficiorum. vt in ſing.599. incip.poteſtates.

An papa ſine cauſa poſsit diſpenſare cōtra ius poſitiuum.in ſing.599.inci.poteſtates.

Papa in beneficialibus habet omnimodā poteſtatem & in illis poteſt ad libitum diſponere vt ſibi placet & in illis eſt ſibi pro ratione voluntas.in ſing.534.inci.credo te ſcire.

Licet papa poſsit ad libitum ſuum aliquē priuare beneficio ſuo tamen tenetur ei prouidere de eque idoneo.in ſing.634.incipien. credo te ſcire.

Licet ſolus papa poſsit creare cardinales tū ipſe ſolus papa non poteſt cardinales deponere.in ſing.669.inci.iura volunt.

Papa poteſt deponi ratione ſcandali euitādi. in ſing.683.incip.alias in repe.mea.

¶Pater.pater emancipās filium poteſt ſibi retinere dimidium vſusfructus bonorum filij quod intellige verum in bonis quæſitis ſecus autem in bonis quærendis. in ſingu.518. incip.In aliquibus.

Sufficit quod pater relinquat dotem filie licet non dicat iure inſtitutionis quia tunc nō dicitur præterita nec exhæredata & valet teſtamentum.in ſing.547.inci.clariſsimum.

Pater non poteſt remittere iniuriam factā filio a propinquo vel cōiuncto ſine conſenſu ipſius filij ſecus ſi iniuria ſit facta filio ab extraneo quia illam poteſt remittere ſine conſenſu filij.in ſing.573.inci.grauior.

Inter patrem & filiū in poteſtate regulariter non poteſt eſſe lis in ſing.613.inci.clarum.

Pater ſi facit diuiſionem bonorū ſuorum inter filios talis diuiſio non valet quia ſeparet do-

nationẽ.in ſing.674.inci.aliqui ſunt patres.
Pater in eius vita poteſt aſsignare legitimam ſuam filijs ſuis. in ſingula.674.incip. aliqui ſunt patres.
Patria poteſtas, patria poteſtas extinguit per ingreſſum religionis, in ſingula.668.incip. ingreſſus.
¶Patronus.ſi duo ſunt patroni vnius benefi. cij.ſ.maſculus & fœmina ſi ſunt diſcordes in præſentando præſentatus a maſculo præfertur.in ſing.611.inci.adduxi tibi ſupra.
¶Pauper.de paupertate vide aliqua in ſingu. 619.inci.emergens.
¶Pax.rumpens pacẽ ex noua cauſa nõ cadit in pœnam contentã in pace.in ſing.503.inci.pi.ex pace quod habet locũ etiam ſi talis noua cauſa non eſſet iuſta cã offendẽdi vt ibi.
In dubio offenſa præſumitur facta ex cauſa de nouo ſuper venta & ſic licite & non ex antiqua.in ſing.503.inci.ex pace.
Si facta eſt pax in vno loco & coram vno iudice ſi pars vna offendat aliam in loco valde remoto extra iuriſditionẽ illius iudicis coram quo fuit facta dicta pax tũ illa pars incurrit pœnas de quibus in ipſa pace.in ſingu.532.inci.ſuperioribus diebus.
Faciens pacẽ & promittens aliquem nõ offendere ſi offendit affinem ſuum cadit in pœnã tanꝙ ſi offendiſſet illum cum quo fecit pacem.in ſing.653.inci.affinitas.
Peccatum propter peccata veniunt aduerſa. in ſing.530.inci.propter peccata.
¶Pœna.licet pœna legalis poſsit per iudicem ex cauſa minui vel mutari hoc habet locũ qñ iudex procedit per denunciationem vel per inquiſitionem ſed ſecus eſt qñ procedit per accuſat.in ſing.524.inci.inquiſitio.
Pœna debet tenere ſuos authores & nõ alios. in ſing.551.incip. pœna.& in ſing.602.inci. ex delicto.
Pœna homicide non ſolũ eſt pœna mortis ſed etiam debet puniri in bonis nam debet fieri eſtimatio a peritis quot annis ẽt ipſe occiſus potuiſſet viuere & ſuperlucrari ſingulo anno & in tm̃ debet in bonis condemnari filijs occiſi vel hæredibus & ſic in damnis & intereſſe. in ſing.575.incip. proximis ſuperioribus diebus.
Pœna debet mitigari vel commutari illi qui habet plures filios & filias infantes qui filij fame perirẽt ſi patri imponeretur vera pœna delicti.in ſing.602.inci.ex delicto.
¶Percuſsio. abuſiua percuſsio dicitur illa ꝙ fit cum pugnis in ſing.535.inci.abuſiua.
¶Pia cauſa.pia cauſa habet multa priuilegia. vt in ſing.569.inci.pia cauſa.
Si notarius eſt priuatus officio tabellionatus & ſcribat relicta ad pias cauſas non propterea valet talis ſcriptura.in ſingu.569.incip. pia cauſa.
¶Poſitio.quis non põt ſe iuuare expoſitione negata.in ſing.522.inci.opponens.
Ille qui fuit contumax in reſpondẽdo poſitionibus & ſic habet̃ pro confeſſo ex forma ſtatuti ſi talis moriatur ante ſnĩam pœna non trãſibit in hæredẽ.in ſing.625.inci.materia.
Vbi libellus eſt ineptus vel male formatus tũc dato quod reus fuerit contumax in reſpondendo poſitionibus non poterit haberi pro confeſſo.in ſing.525.inci.materia.
¶Poſſeſſoriũ. cauſa poſſeſſorij dicitur cauſa parui præiudicij. in ſingul.620.incip. cauſa poſſeſſorij.
In cauſa poſſeſſorij ſufficiũt ſemiplene ꝓbationes. in ſing.630.inci.in cauſa poſſeſſorij.
In cauſa poſſeſſorij ſtãte ſemiplena probatione defert̃ iuramentũ in ſupplementũ probationis.in ſing.620.inci.in cauſa poſſeſſorij.
¶Poteſtas. poteſtas non tenetur pro delicto ſuorum officialium ex eorum officio.in ſingu.560.incip.habemus.
¶Præceptum.præceptum iudicis factum ſine cauſæ cognitione non valet & non obediẽs ei non cadit in pœnam. in ſingu.648.incip. cauſæ cognitio.
Præceptum iudicis factum ſine cauſę cognitione habetur pro nuda citatione.in ſing.648. incip.cauſæ cognitio.
¶Presbyter parochialis.presbyter ſeruiẽs altario de altario viuere debet adeo quod ſi parochiani ſui non dant ſibi oblationes debitas poteſt eis denegare diuina officia. in ſing.682.inci.ſcribitur in c.
¶Præparatio.præparatio ad actum idem operatur quod ipſe actus in ſingu.638.incipien. præparatio.
¶Præſcriptio.in cauſa vbi agitur de præſcriptione non deferr̃ iuramentũ in ſupplementum probat.in ſing.635.inci.memoriæ.
¶Princeps.in principibus nõ ſuccedunt ꝓximiores ſed ſuccedunt illi de domo ipſorum principũ.in ſing.605.inci. i ſucceſsionibus.
Princeps ſi aufert rem ſuam alicui cum cauſa vel ſine cauſa hoc non põt facere gratis ſed tenetur ſibi dare pretium vel rem equiualẽtem.in ſing.634.inci.credo te ſcire.
Si dictum teſtis deponentis per verbum iudicio ſuo,eſt iūctum cum ratione vel prȩſumptione inferente ita credi debere,probat.in ſingulari 183.

Teſtis qui facit ſemiplenam probationem ad hoc vt poſsit deferri iuramentum in ſupplementum probationis debet eſſe integer & omni exceptione maior,alias nō poteſt deferri iuramentum in ſupplementum probationis.in ſingul.197.incip.Ad hoc.in princ. quod limita vt ibi.

Quilibet minimus defectus in teſte impedit ut non poſsit deferri iuramentū in ſupplementum probationis.in ſing.197.inci.Quo &c. quod limita vt ibi.

Iudici vel arbitro in forma teſtis non creditur de geſtis coram eis in cauſa in qua iudicarunt.in ſing.197.inci.Quo ad hoc.

Teſtis qui non debet examinari examinatus non facit indicium.in ſing.198.inci. Teſtis.

Teſtis examinatus poſt terminum datum ad probandum facit aliquod indicium.in ſing. 198.incip.Teſtis.poſt prin.

Teſtis qui non debebat examinari examinatus facit indicium, quod limita niſi fuerit a principio oppoſita exceptio antequam examinaretur ſue inhabilitatis, quoniam tunc examinatus non facit indicium.in ſing.198. incip.Teſtis qui non debet.circa med.

¶Sufficit ꝙ teſtes in eundem rei finem concordent licet per diuerſa verba.in ſingul.206. incip.Incertitudo.

Teſtes examinati a iudice incompetenti non faciunt fidem coram competenti, quod fallit in vno caſu poſito in ſingulari 211.incipien.Teſtes.

Si teſtis dicit vnum in iudicio ſolenniter, & aliud extra iudicium, ſtatur dicto iudiciali. in ſing.112.incip.Communis omnium.

Dictum teſtis extra iudiciū operatur, ſi eſt factum poſt depoſitionem iudicialem, ꝙ tunc iudex non poterit procedere ad ſniam ſecūdum dictum iudicialiter factum.in ſing.212. incip.Communis omnium.

Papa non poteſt diſpēſare ꝙ dictum teſtis valeat ſine iuramento.in ſing.214.inci. Ad validitatem.

Teſtes ſi dixerunt ſe fuiſſe prȩſentes rapine interrogati in cauſa ſcientie dixerunt quia viderunt rem auferri de manibus accuſantis per accuſatum per hoc non probatur rapina.in ſing.267.inci.Dubia probatio.

Teſtis ſi eſt ſpurius nō facit ſemiplenam probationem adeo ꝙ in ſupplementum probationis poſsit deferri iuramentum illi, qui examinauit pro ſe illum teſtem ſpurium. in ſing.273.inci.Notiſsimum.

Teſtis ſi eſt vſurarius non facit ſemiplenam probationem,adeo ꝙ poſsit deferri iuramētum in ſupplementū ei,qui illum produxit. in ſing.273.incip.Notiſsimum.

Iudeus non poteſt eſſe teſtis contra Chriſtianum,etiam ſi efficiatur Chriſtianus. in ſing. 273.incip.Notiſsimum.

Teſtis ſpurius qui alias eſt bone cōditionis & fame probat ſicut alius teſtis.in ſingul.273. incip.Notiſsimum.

Teſtis ſpurius effectus religioſus probat plene.in ſingul.273.

Frater religioſus poteſt eſſe teſtis pro fratre. in ſing.273.in ij.col.

Licet non credat teſti deponenti nō veriſimile,tñ hoc non procedat in teſtibus valde dignis.in ſing.273.inci.Notiſsimum.

Teſtium dicta recepta inter alias perſonas faciunt quo ad alios ſemiplenam probationē. quod limita vt in ſing.276.inci.Parum.

Teſtes inſtrumentarij cōtradicendo inſtrumēto,an & quando reddant ipſum ſuſpectum. in ſing.285.incip.Multi.

Si aliqui teſtes deſcripti in inſtrumento cōtradicunt ipſi inſtrumento tamen ſi remanent firmi tot teſtes pro inſtrumento ꝙ ſufficiant ad validitatem inſtrumenti tunc non obſtante contradictione illorum inſtrumentū non vacillat ſed remanet firmum. in ſingul.275. incip.Multi ſunt. & ibi etiam videas aliud not.verbum in materia teſtium.

Teſtes ſi ſint examinati ſuper aliqua percuſſione vel vulnere facta inter duos rixantes, & dicunt ꝙ non viderunt qn̄ fuit facta percuſsio ſeu vulnus ſed viderunt eos inuicem rixantes, & ꝙ ſtatim dimiſſa rixa dicunt ꝙ viderunt illum eſſe percuſſum vel vulneratum certe ex hoc reſultat indicium indubitatū ꝙ iſte vulnerauerit vel percuſſerit illū, ex quo deueniri poterit ad condemnationem.in ſing.288.inci.Dixi tibi.

Teſtes de nouo reperti admittuntur extra tēpus probatorium & poſt concluſionem in cauſa.in ſing.297.incip.Teſtes.

Si iudex dedit licentiam Titio producēdi teſtes poſt concluſum in cauſa cum conditione iurauerit eos ſibi nouiter notos,et poſtea probetur eos antea fuiſſe ſibi notos, examinatio in totum corruit, quia ſub illa conditione ſi iurauerit eos ſibi nouiter notos ſub intelligitur alia conditio tacite,videlicet,& ita ſit.in ſing.297.inci.Teſtes de nouo.

Magis creditur dicto teſtis cum iuramento ꝙ̄ ſine iuramento, quod fallit niſi pro dicto ſine iuramento ſint præſumptiones,& pro dicto cum iuramēto non ſint præſumptiones. in ſing.268.inci.Remotum.

Licet teſtis poſsit corrigere dictum ſuum ante aperturam proceſſus & antequā loquatur cum parte,hoc tamen fallit niſi ſua teſtificatio fuerit per partem acceptata.in ſing.315. incip.Acceptatio.

Teſtis non rite examinatus licet ſit omni exceptione maior in cauſis ciuilibus non facit ſemiplenam probationem , & in criminalibus non facit indicium.in ſingul.342.incip. Quando teſtis.

Teſtis omni exceptione maior non facit indicium ad torturam ſi eſt ſolus, & ſecum non concurrant alia indicia.in ſingu.342.incip. Quando.

Magis creditur paucis teſtibus veriſimiliora deponentibus, ꝙ̄ multis deponentibus non veriſimilia.in ſing.343.inci.Veriſimilitudo.

Teſtis dictum factum parte non citata,ſi tn̄ eſt veriſimile debet apud bonos & graues viros concludere.in ſing.eo.

Teſtis non idoneus ſi deponit veriſimilia, vel habet præſumptionem pro ſe efficitur idoneus.in ſingu.343.inci.Veriſimilitudo.& in ſing.451.inci.Decreui.

❡Teſtis de auditu.Auditus licet non probet, tamē facit qualemqualem præſumptionem ſeu coniecturam.in ſing.371.inci.Teſtis.

Si teſtis laborat aliquo defectu ex toto nō repellitur, ſecus ſi contra eum plura laborāt, quia tunc in totum repellitur.in ſingul.385. incip.Dicit quoddam.

Teſtes ſeptem ſi deponunt pro teſtamento & ſint conteſtes & interrogati , an alij fuerint præſentes vnuſquiſq; ipſorum dicit ſe non recordari , tn̄ plene probant teſtamentū. in ſing.401.inci.Neſcio aliquem contractum.

Teſtis examinatus dicit aliquid factum fuiſſe præſente tali ille,autem examinatus an fuerit præſens illi actui,dicit quod non, attamē per talem contradictionem non annullatur dictum vnius teſtis.in ſingul.408.incipiente.Attende.

Dicta teſtium ſunt adiuuanda , & non impugnanda nec cauillanda.in ſingu.418.incip. Dicta teſtium.

Teſtis qui audiuit,ſi dicit ꝙ vidit, ſaluabitur eius dictum.in ſing.418.inci.Dicta teſtium.

Si producitur in teſtem laicus cui fuit aliquid dictum in ſecreto & in confeſsione & cum iuramento tenetur illud reuelare non obſtante iuramento, in ſingula.414.incip.Accipe quæſo.

Plures ſunt caſus in quibus valet dictū vnius teſtis & facit plenam probationem. in ſing. 433.incip.Tria.

In cauſis ſummarijs & breuioribus & in iudicijs poſſeſſorijs per vnum teſtem vel per famam fit plena probatio. in ſingul.433.incipien.Tria.

Teſtis non iuratus nō probat,nec papa poteſt diſpenſare ꝙ teſtis non iuret.quod tn̄ limitatur in ſing.434.incip.Alias.

Si teſtes omnes concordant in dicto ſuper quo deponunt,licet aliter non appareat ꝙ omnes eodem tempore fuerunt præſentes , tamen in dubio præſumuntur conteſtes.in ſingu.436.incip.Pluralitas.

Dictum teſtis ſine iuramento non valet , quod limita in teſte cuius fides eſt approbata ab vtraq; parte,nam dictum talis teſtis probat ſine iuramento. in ſing.460.incip.Notiſsimum fore opinor.

In teſtibus quod deficit in fide ſupplet numerus.in ſing.477.incip.In teſtibus &c.quod tamen limita in criminalibus vt ibi.

Si vnus teſtis contradicit alteri neutri credit, quod fallit niſi vnus ipſorum ſit melior vel dignior altero intantum ꝙ prouocaret iudicem ad deferendum iuramentum in ſupplementum probationis, quia hoc poterit facere iudex.in ſing.489.inci.Dignitas.

❡Timor.Si apparent acta extrinſeca timoris & violentiæ, tunc licet timens violentiam inferri faciat actum animo leto & iocundo præſumit tamen per metum facere.in ſing. 325.incip.Dixi tibi &c.ante fin.

Fuga facta per illum qui timebat accuſari vel inquiri de delicto, non facit indicium contra eum ad torturam.in ſingula.497.incip. Sepiſsime.

Idem operatur timor rei quod operatur ipſa res.in ſingul.eo.

¶ Tortura probatur a communiter accidentibus.in ſing.1.inci. Argumentum.

Reus poteſt poni ad torturam præcedentibus indicijs contra eum, quod tñ fallit in clerico.in ſing.55.inci. Aduertas.

Ad torturam perueniri non poteſt niſi indicia præcedant,quod tamen fallit in uno caſu,de quo in ſing.117.inci.Ad torturam.

Torture nemo ſe ſubijci debet nec carceribus.in ſing.164.inci.Nemo debet.in princ.

Si iniuſte tortus occidit iudicem qui eum torſit,non punitur pœna mortis.in ſingul.455. incip.Difficillimum.

Tranſactio generalis facta ſuper re de qua litigabatur licet extendatur ad cõnexa & acceſſoria, non tamen extenditur ad expẽſas. in ſingul.251.

Tranſuerſales agnati vltra decimum gradum non admittuntur ad ſucceſsionem,quod tamen fallit in ſucceſsione illuſtrium perſonarum,puta Comitum & Baronum.in ſingul. 422.incip.Agnati.

¶ Tutor.Quando tutores vel curatores faciũt aliquem actum in rebus pupillorum debent eſſe cauti & illa facere cum cõſenſu matris pupillorum & attinentiũ,quoniam licet male ſuccedat ipſe tutor non tenebitur. in ſingu.417.incip.Præſentia.

Terra.ſi terra arida efficiatur lacus uel ſtagnũ ex aliqua cauſa tunc præſcriptio incepta dicitur interrupta quia prima qualitas eſt mutata mutato elemento & ita econtra ſi primo erat aqua & poſtea ſit terra in ſing.520. incip.qualitas.

¶ Terminus.aſsignatio termini facta per iudicem parti quod agat vel quod doceat de iure ſuo non arctat niſi fuerit bina aſsignatio in ſing.616.incip.ſolent iudices.

¶ Teſtator.ſi teſtator legat uxori ſue vſumfructum fundi cum hoc quod proprietatẽ alienare nõ poſsit tunc eiuſdem fundi etiã proprietatem cenſetur reliquiſſe eidem vxori in ſingul.561.incip.capias &c.

Quod teſtator non loquitur velle non præſumitur & non ſufficit teſtatorem velle niſi diſponat in ſing.577.inci.mulier.

Coniecturata voluntas teſtatoris tacita habetur pro expreſſa & attendenda eſt in ſingu. 577.incip.mulier.

¶ Teſtamentum,ſi aliquis facit teſtamentũ & inſtituit ſuum hæredem puta titium & aliquis alius puta gayus blandis verbis induceret dictum teſtatorem ad reuocandũ illud teſtamentum & ad eum inſtituendum hæredem tunc primus inſtitutus reuocabit a ſecundo hæreditatem per actionem de dolo vel in factum in ſingul.526.inci.licitum eſt.

Vltimum teſtamentum tollit primum nõ obſtante quod in primo fuerit facta inſtitutio vel legatum ad pias cauſas in ſing.566.inci pi.regula eſt trita.

Teſtamentum ad pias cauſas non requirit ſolennitates ſtatutorum in ſingulari 569.incipien.pia cauſa.

Teſtamẽtum patris inter filios licet ſit imperfectum tamen valet ſed teſtamẽtum filij inter patrem vel alios aſcendentes imperfectum non valet in ſing.579.incipien.correlatiuorum &c.

¶ Teſtis in teſtibus plurimum conſiderantur qualitates perſonarum & ideo illi qui aſcẽdunt cacumina edificiorũ pro illis reficiendis ſi examinantur in teſtes eis diminuit de fide in ſing.506.inci.in teſtibus.

Teſtimonium fratris contra fiſcum valet ad purgandum eum a delicto in ſing.508. inci. tractant doc.

Renuntiatio teſtium examinandorum nõ extenditur ad teſtes quos tempore renũtiationis renuntians ignorabat poſſe producere in ſing.512.incip.adduxi.

Duo teſtes non probant metum qñ contractus eſt factus in præſentia coniunctorum.in ſingu.528.incip.dixi tibi.

Plus creditur duobus teſtibus affirmantibus quam decẽ negantibus quod tñ fallit in criminalibus quia plus creditur duobus negãtibus me deliquiſſe quam totidem affirmantibus in ſing.541.inci.abſolutio.

Licet teſtis inhabilis ſubſtineat per teſtem habilem quando ambo ſunt examinati ſuper eiſdem capitulis iſtud eſt verum quando ille teſtis inhabilis nõ eſt in totum inhabilis ſed ſecus ſi ſit in totum inhabilis quia tunc non ſubſtentatur per habilem in ſing.554.incipien.memini.

Teſtis de audita licet non probus tamen facit indicium & præſumptionem quæ transfert onus probandi in aduerſarium in ſing.557. incip.tu ſcis quod teſtes.

Teſtis ſi primo dixit quod tali actui fuit præſens titius & gayus poſtea in fine ſui dicti dicit quod nemo aderat illi contractui non cadit in pœnã falſi quia debet intelligi quod nemo aderat exceptis illis quos primo dixit ad fuiſſe i ſing.571.inci.adiuuaut ſemel.

Si vnus teſtis deponit de veritate & de fama alius deponit de fama tm̃ tales teſtes cõiun guntur vt plene probent quaſi ſint duo teſtes de fama in ſing.585.inci.probationes.

Teſtis non iuratus non probat quod tñ fallit in perſonis in dignitate conſtitutis.in ſingu.606.incip.in pluribus.

Teſtis dicens falſum non poteſt puniri de falſo ſi illud quod depoſuit audiuit ab homine bone conditio.& fame in ſing.608.inci. cumulaui alias.

Fœmina nõ poteſt eſſe teſtis in cauſa feudi in ſing.611.incip.adduxi tibi.

Maſculus præfertur fœminæ inferendo teſtimonio in ſing.611.inci.adduxi tibi.

Variatio teſtium ſuper acceſſorijs & non ſuper principali non vitiat dictum teſtis quod fallit in teſtibus ſuſpectis in ſingul.618.incipien.variatio.

Variatio teſtis ſuper acceſſorijs & non ſuper principali facit ut minus credat talibus teſtibus in ſing.618.incip.variatio.

In teſtibus magne importantie eſt redditio rationis in ſingulari 621.incipien.magne importantie.

Redditio rationis facta per teſtem reſtringit declarat & ampliat dictum ipſius teſtis in ſing.621.incip.magne.

Teſtis deponens de valore rei non probat niſi reddat rationem dicti ſui in ſing.621.incipi. magne importantie.

Teſtis non reddens rationem dicti ſui nõ debilitat dictum teſtis reddentis rationem dicti ſui adeo quod non poſsit deferri iuramentum in ſupplementum probatio,ei qui produxit teſtem reddentem rationem dicti ſui in ſing.621.incip.magne.

In cauſis criminalibus nõ creditur teſtibus niſi reddant rationem dicti ſui etiam non interrogati in ſingulari 621.incipien.magne importantie &c.quod amplia vt ibi & limita vt in ſing.658.incip.teſtis.

Inſtrumentarij teſtes vel non inſtrumentarij non præiudicant inſtrumento niſi reddant rationem dicti ſui etiam non interrogati in ſing.621.incip.magne.

Teſtes vlterius produci non poſſunt publicatis atteſtationibus quod habet locum nõ ſolum ſi ſint examinati teſtes ſed etiam ſi non ſunt examinati dummodo iurauerint dicere veritatem in ſingula.623.incipien.ex diſpoſitione.

In dicto teſtis ſemper præſumitur ratio viſus ſi teſtis non eſt interrogatus in cauſa ſcientie quia ſemper tacite ſubintelligitur efficax cauſa ſcientie in teſte vt eius dictũ magis valeat quam pereat in ſingu.644.incip. tradidi tibi ſupra &c.

In cauſis criminalibus teſtes debent reddere rationem etiam non interrogati alias non probant quod eſt verum qñ deponunt contra reum ad offenſam ſecus ſi deponũt pro reo ad defenſam ſuam quia tunc probant licet non reddant aliquam rationem dicti ſui in ſing.658.inci.teſtis in cauſis.

Creditor poteſt eſſe teſtis in cauſa ſui debitoris nec dr̃ ſuſpectus in ſing.662.inci.accipe.

V

VArietas eſt maxime importantie in teſte.de quo in ſingul.103. incipien. Varietas.

¶ Vaſallus perdit feudum ex pluribus cauſis.de quibus in ſingu.122.incipien. Vaſallus.

Vaſallus propter delictum domini non priuatur feudo,imo vaſalli propter delictum domini efficiuntur frãchi.in ſingulari 122.incipien.Vaſallus.

Vaſallus qui non petijt inueſtituram debito tempore non tñ eſt priuandus feudo ſine citatione.in ſing.195.inci.Nemo.

Vaſallus non poteſt occidere dñm impune,& ſi ſit bannitus dominus,& ſtatutum permittat bannitũ occidi a quocunq;.in ſingu.210. incip.Iura ſanguinis.in fi.

¶ Vehemens opinio conſona veritati idẽ operatur quod certitudo.in ſingula.205.incipi. Vehemens.

Vehemens adminiculum ſupplet ſemiplenam probationem.in ſing.205.inci.Præterito.

Vehemens infamia etiam ſine alio indicio ſufficit ad torturam.in ſing.eo.

¶ Venditio.Aliud eſt vendere & aliud facere pactum de vendendo.in ſing.469.inci. Dixi profecto.

¶ Venditor rei licet promittat in venditione pro dicto & facto ſuo tantum,attamen tenetur etiam de facto illius cuius eſt hæres. in ſing.475.inci.Non eſt tibi nouum.

¶ Verba.Cui non conueniunt verba legis nõ conueniunt eius diſpoſitio.in ſing.339.inci. Cui non conueniunt.

Verba enunciatiua emiſſa propter aliud non probant nec diſponunt.in ſingul.442.incipien.Vulgata iuris regula &c.quod fallit in dote.vt ibi.

¶ Veriſimile. Remotum a veriſimili dicitur quædam falſitatis imago, & veriſimilitudo eſt magne importantie.in ſingula.298.incipien.Remotum.

Vnum veriſimile additum pluribus veriſimilibus facit plenam probationem.in ſingula-

ti 396.incip.Veriſimilitudo.

Magis creditur paucis teſtibus uеriſimilia deponentibus ꝙ multis deponentibus non veriſimilia.in ſing.343.inci. Veriſimilitudo.

Veriſimilitudo eſt magne importantie. vt in ſing.343.incip.Veriſimilitudo.

¶ Veritas vbi haberi nō poteſt ſtatur pręſumptioni.in ſing.451.incip.Decreui.

¶ Via publica.Appellatione vie publice non venit flumen publicum.in ſing.68.inci.Statuto cauetur. ſecus autem eſt in pōte ipſius fluminis vt ibi.

Viam quā quis eligit ſibi patere debet. quod amplia vt in ſing.213.inci. Viam.

¶ Vice gerens papæ non pōt diſpenſare contra ius poſitiuum ſine cauſa licet papa hoc poſſet facere.in ſing.230.inci.Antiqua.

¶ Victus victori debet condemnari in expenſis.quod amplia vt in ſingula.207.incipien. Victus.

¶ Victualia. Incantans victualia & offerens plus debito vt alij plus emans punitur crimine ſtellionatus. in ſingula.441.incipien. Licet de iure &c.

¶ Vidua committens ſtuprum ita perdit dotē & actionē ad repetendam dotem ſicut vxor committens adulterium viuente marito. in ſing.416.incip.Plures profecto.

Vidua habens tutelam filiorum ſi committit ſtuprum ita perdit tutelam filiorum perinde ac ſi tranſiret ad ſecundas nuptias,in ſingu.416.incip.Plures profecto.

¶ Vindicta.An ille cui permittatur facere vindictam poſsit illam alteri demandare. in ſingu.175.incip.Conceſsio.poſt med.

Habens poteſtatem a lege faciendi vindictam in aliquo caſu,non poteſt illam mandare alteri,quod tñ fallit in filijs quibus pater poteſt mandare talem vindictam.in ſing.448. incip.Habens.

¶ Violētus inuaſor punitur pœnis de quibus in l.ſi quis in tantam.C.vnde vi,quod limita vt in ſing.167.inci.Violentus.

¶ Votum.Si alicui ſint aſsignata cōfinia & ipſe promittit non exire de cōfinibus ſub pœna,ſi tamen exit de confinibus vt vadat ad complendum votum non cadit in pœnam. in ſing.149.incip. Vouentes.

¶ Vox viua,eſt dignior voce mortua , & illi præfertur.in ſing.459.inci.Vox viua.

Vſurarius eſt infamis. in ſingulari 273.incipi. Notiſsimum.

Vſurario inſtituto dicitur inſtituta turpis perſona.in ſing.273.inci.Notiſsimum.

¶ Vulneratus. Si vulneratus moriens dicat ſe mori ex defectu medici talis eius confeſsio non prodeſt vulneranti.in ſingulari 22.incip.Confeſsio.

¶ Vendere . ſi princeps habet rem communē etiam diuiſibilem cum alio poteſt vendere ad libitum partem ſocij cum parte ſua,tenetur tñ dare pretium partis ſue illi cuius erat pars rei in ſing.655.inci.dicit quoddam.

Venditor an & quando teneatur de euictione in ſing.656.incip.venditor.

Si venditor vendidit pluſquam fuerat ſibi dictum a domino rei illud plus ad quem ſpectat an ad venditorem an ad dominum rei quando per dominum fuit promiſſum venditori quod illud plus eſſet ſuum in ſingula. 664.incip.audias quæſo.

¶ Verba,verba in dubio ſunt intelligenda ſecundum ſubiectam materiam in ſingul.510. incipien.verba.

Verba illa appoſita in literis papæ videlicet nulli igitur hominum liceat contra has literas auſu temerario contraire alioquin indignationem apoſtolorum Petri & Pauli nouerit ſe incurſurum &c. important pœnam arbitrariam in ſing.559.in cip.ſæpe.

Cui non conueniunt verba legis nō conuenit eius diſpoſitio in ſing.582.incip.accipe nota.verbum.

Verbum nullatenus appoſitum in lege ſtatuto vel diſpoſitione importat clauſulam decreti annullatiuam & tollit facultatē diſpēſandi in ſing.675.inci.anno præterito.

Verbum integre intelligitur ſine aliqua diminutione in ſingulari 687.incipien. verbum integre.

¶ Veriſimile ſicut non veriſimilia non attenduntur ita veriſimilia ſunt magne importātie in ſing.594.incip.ſicut &c.

Confeſsio extraiudicialis veriſimilis non ſolum facit indicium ad torturā ſed etiam facit plenam probationem in ciuilibus & in criminalibus in ſingul.594.incip. ſicut non veriſimilia.

Vice gerens quamuis vice gerens poſsit facere ea quæ facere poterat principalis eū conſtituens tamen nō poteſt imponere pœnam mortis nec mutilationem in ſing.649. inci. ſepe contingit &c.quod limita vt ibi.

¶ Violator, violator priuilegiorum eccleſiæ poteſt impune occidi vigore ſtatuti permittentis bannitum poſſe impune occidi perinde ac ſi eſſet bannitus in ſingu.650.incip. bannitus.

Violator priuilegiorum eccleſiæ habetur pro bannito in ſing.650.incip.bannitus.

¶ Vis.vim vi repellere licet cū moderamine inculpate tutele in ſing.692.inci.vim vi.

¶ Vltima, vltima derogant prioribus adeo quod ſi aliquis fecit teſtamentum coram ſeptem teſtibus & in eo fecit aliquod legatũ pium poſtea ingreſſus religionẽ fecit aliud teſtamentum coram duobus teſtibus valet vltimum non obſt. quod in primo fuerit factum aliquod legatum pium in ſingul. 566. incip. regula eſt.

¶ Vniuerſitas, vniuerſitas caſtrorum & villarum habent reſtitutionem in integrum ſicut minores & res publica in ſing. 699. incipien. priuilegia.

¶ Vſusfructus ſi vxor ſit relicta a marito vſufructuaria bonorũ ſuorum non perdit vſum fructum ſi tranſit ad ſecunda vota in ſingul. 577. incip. mulier.

Vſufructuarius non priuatur vſufructu quem habebat ad vitam per ingreſſum religionis in ſing. 668. incip. ingreſſus quod tamen limita in vſufructu quẽ pater habebat in bonis filij reſpectu patrie poteſtatis vt ibi.

¶ Vſura vſurarius petens vſuras ſibi debitas nõ auditur niſi ipſe reſtituat vſuras ab alio extortas in ſingulari 609. incipien. aduertas ad vnum.

¶ Vtilitas publica, vtilitas publica eſt magne importantie & magne potentie in ſing. 531. incip. vtilitas publica.

¶ Vxor. vxor poteſt conſtituere procuratorem pro marito capto & carcerato ad agendum & defendendum pro eo in ſingu. 636 incip. clarum eſt &c.

FINIS.

EXCELLENTISSIMI V. IVR.
INTERPRETIS D. HIPPOLYTI DE MARſilijs Bononienſis omnia Singularia noua & vetera, cum Additionibus eiuſdem ad Singularia vetera alias impreſſa, ſuo loco vbiq; politis, & hæc vltra Singularia Ludo. Roma. Matth. de Matheſi. Franc. de Crema, do. Ant. Corſe. & vltra cautelas d. Bartho. Cæp. & finaliter vltra Singularia & notabilia omnium antiquorum & modernorum, fœliciter incipiunt.

Ad laudem & gloriam clementiſſimi Dei, ac beatiſsimæ Virginis Mariæ.



D. HIPPOL. DE MARSI

1 ARGVMENTVM a communiter accidentibus validum eſt in iure. l. certi condictio. §. ſi nummos. ff. ſi cer. pet. l. certi iuris. C. de iud. l. iuriſgẽtium. §. pactorum. ff. de pac. l. palã. §. ſi qua cauponam. ff. de ritu nuptia. notab. eſt tex. in l. in fideicommiſsi. poſt princ. ff. de vſur. & in l. ſi pactum. in fi. ibi, plerunq;. ff. de proba. c. prudentiam. verſi. vt ſolet. extra de offi. dele. gl. in l. neq; natales. C. de probat. gl. & ibi Bal. in l. cum dotem. C. de iure dot. Bal. in l. conuent culam. C. de epiſ. & cle. & in auth. habita. C. ne filius pro patre. cum ſimi. & tenseas mẽti ꝙ hæc regula eſt adeo vera ꝙ nõ ſolum habet locum in ciuilibus cauſis, ſed
✱ etiam in criminalibus, (Vide Bal. conſi. xx. in verſi. inci. Duo fratres vnus maior. & Soci. conſ. xlvj. inci. In præſenti cõſultatione.)

Et ideo dixit ſingulariter Pe. de Ancha. in eleganti conſi. ſuo xxiij. inci. Viſa inquiſitione formata contra Phil. in ij. col. ver. præterea. aduertendum ſe habuiſſe de facto ꝙ quidam erat confeſſus maleficium per tormenta, & tamen poteſtas & eius curia dicebant ꝙ confeſſus erat ſpõte ſine tormento, iſte autem tortus non poterat probare torturam, quia quando fuerat tortus nemo aderat niſi famuli poteſtatis. dicit ibi Pe. de Ancha ꝙ Bald. conſuluit in contingentia facti quem ipſe etiam ſequitur ꝙ ille fuerat tortus, & hoc per argu. a cõiter accidentibus, nam iſti poteſtates terrarum cõiter ponunt homines ad torturam nocturno tẽpore ne-
✱ mine ibi exiſtente quod eſt valde no. (& faciunt etiam not. verba Bald. in l. obſeruare. in. §. proficiſci. in xiij. q. v. de offic. procon. ibi videas. & idem dixit Alexan. in conſil. clxxxix. inci. In cauſa et lite. in iij. col. in vj. vol.) Et iſtud conſilium Bald. in ordine eſt. cccccclxix. & inci. Pręmittendum eſt ꝙ interdum tortura &c. in vj. volu. & idem conſuluit ipſe Bal. & melius & clarius in conſi. ſuo clxxj. in eo. volumi. incip. Tres ſunt caſus &c. Et illud conſilium Pe. de Ancha. refert & ſequitur d. Alex. in conſ. ſuo cclxxv. ſecũdum ord. meum inci. Viſo themate. circa fi. Et d. Par. de Puteo in trac. ſuo ſynd. in xcvj. char. in iij. col. verſic. quidam fuit tortus. Et pro hoc dicto faciunt optime dicta p Bal. in l. j. C. ne ex delic. defunc. vbi dixit ꝙ aſſeſſores videntur homicide, quia in camera torquent & poſtea ad banchum faciunt
✱ ſcribi ꝙ ſponte confeſſus eſt. (pro quo facit not. verbum Bald. in l. ij. C. de cuſto. reor. in verſi. & ideo aſſeſſores. vbi dicit ꝙ q̃n ſcriptura dicit ꝙ reus eſt ſponte confeſſus ꝙ talis ſcriptura vt plurimũ eſt falſa.) Et faciũt dicta per Barba. in conſi. ſuo lxx. inci. Viſo
2 puncto iij. col. in iiij. vol. et faciunt dicta per

Bal.in addi.Spe.in ti.de appel.in iiij.col.in prin.& per Salyc.in l.in illa ſtipulatione.in fi.ff.de verb.obli.Facit etiam, nam ad probandum torturam,& ſic confeſsionem coactam & non ſpontaneam, cum iſtud ſit diffi cile valde,vt dixi, admittitur probatio per coniecturas,ſecundum d.Ant.in c.veniens. el j.extra de teſti.in vlt.col.& lo.de Imo.in *c.veniens.de verb.ſig.(& Bal.in auth.quas actiones.in vlt.col.C.de ſacroſan.eccleſi.& Alex.in conſi.lxxvij.incip.In cauſa.in fi.in vij.vol.)de quo latiſsime dixi in repe.mea. l.fi.C.de proba.in lxvj.char.circa med.vbi videas.quæ omnia tene menti,quia ſunt quo tidiana, & ego alias pluries habui in facto dum eſſem ſyndicator officialiũ ducis Mediolani &c. Et teneas etiam menti ꝙ adeo eſt vera iſta regula,videlicet & argumentũ a cõiter accidentibus validum eſt in iure,ꝙ locus a cõiter accidentibus facit indicium indubitatum:ita ſing.dixit Bal. in addi.Spe cu.in ti.de ſenten.in antepe.col.in verſi.ad mortem.quod eſt ſingul.not.ad multa.

2 Si plures fideiuſſores intercedunt pro aliquo oẽs pariter ſunt obligati niſi renunciauerit beneficio epiſtolæ diui Hadriani, vel bñficio noue conſtitutionis de duobus reis, vt habetur in l.iij.C.de fideiuſſ.in auth.hoc habita.C.de duo.reis.& per Spe.in ti.de re nun.ſi.concluſione.circa med. Scias tñ ꝙ ſi plures rei debendi conſtituerentur, attamẽ ſi in rei veritate ad vnum tm̃ peruenit pecunia, alij habentur in loco fideiuſſorum, & gaudent beneficio fideiuſſorum,ita ſingulariter dixit Guil.de Cu.in l.ſed iulianus.§. idem ait ſi duos.per illum text.ff.ad Mace. ad quod alle.etiam gl.in auth.de fideiuſſ.§. j.quod dictum refert pro valde nota.refert & ſequitur Lud.Ro.in cõſi.ſuo cxiiij.inci. Vtiis ſupra conſultis &c.in princi.quod eſt no.& idem firmat Ioan. de Ana.in cõſi.ſuo ix.incip.In quæſtione iſta.vbi no.loquitur, & alia in hac materia ibi dicit quæ videas omnino,& idem tenet Alex.in l.marcellus. ff.de fideiuſſ.& d.Franciſ.Aret.in conſi.ſuo xxxiij.incip.Conſultatio præmiſſa.in j.col. quod dictum tñ limita & reſtringe vt per eundem do.Fran.Are. in prædicto conſilio ſuo xxxiij.in v.col.in verſi. prima eſt ꝙ li *cet &c. (Et vide quæ dixi in repe.mea rubri.ff.de fideiuſſ.in xij.col.poſt med.)

3 Ad hoc vt ad carcerationem debitoris peruenire poſſit eſt non ſolum neceſſaria excuſsio ipſius debitoris,ſed etiam fideiuſſoris eius,cum et fideiuſſoris facultates quo ad effectum ſolutionis eius debiti pro quo fideiuſſit facultates ipſius debitoris aggregatae cẽſeatur.iſte eſt tex.valde no.in l.ſi plu res. in.§.præterea.el ij.ff.de fideiuſſ.quem tex.ad hoc propoſitum allegauit Lud.Ro. in conſi.ſuo cccxx.inct.Hæc iſtorum quinque &c.in prin.

4 Quamuis aliquo caſu ſentẽtia contra vnũ lata præiudicet alteri,tamen tene mẽti perpetuo ꝙ talis ſententia nunꝗ̃ præiudicabit alteri ſi lata fuerit in cõtumaciam partis ſe non defendentis, quia tunc pr̃ſumptio iuris eſt ꝙ talis ſententia ſit lata propter contumaciam,non aũt propter ius.iſte eſt text. in l.præſes.C.de pig.& in l.ſi ideo.ff.de eui. & in l.papinianus.§.meminiſſe.& in l.repu diantis.§.fin.ſde inof.teſt.& in c.ſi.de emp. & vendi.quæ iura ad hoc alleg.Lud.Ro.in conſi.ſuo cccxxix.incip. Præſens conſultatio.in pe.col.& alle.etiam Bart.in l.ſæpe.ff. de re iud.& Bal.in l.res inter alios.C.quib. res iudi.non nocet.& d.Anto.in c.quanuis. de re iudi.pro quibus optime faciunt dicta per d.Fely.in c.fraternitatis. in ij.col.verſi. Tertio fallit. de here.(vbi videas. Et per eundem in c.in litteris.in x.col.verſicu. Pro quo optime facit de conſt.& per Bal.in l.j. circa fi.C.de calum.quem vide.& per Soci. in conſi.ſuo xviij.incip. Proſequendo &c. *in vj.col.(Vide omnino Bal.in l.fi.in verſi. quæro hic ſi tabellio.C.de fide inſtr.& omnino Bal.ſuper ſtatutis.in verbo, bannitus. in viij.col.in vlt.verſi.vide Cor.in conſilio xlij.inci. Videtur.in j.võl.in vlt.col.& quæ dixi in conſi.meo inci. Scientiarum omniũ elargitor &c.in iij.& iiij.char.& d.Alex.in repe.l.ſæpe.in xix.col.ff.de re iudi.vbi no, loquitur in materia.) Quæ omnia tamen limita & reſtringe,vt per Pau.de Caſt.in con ſi ſuo cccxxv.incip. Dicta ſubſtantia. circa fi.& per Nellum in trac.banni.in j.par.primi tempo.in viij.q.circa med.& in eo.trac. in iiij.parte primi tempor.in ij.q.& in eod. trac.in j.parte ſecundi tempo.in iiij.q.circa med.& in eo.trac.in eadem j.parte ſecundi tempõ.q.xxxiiij.& ibidem omnino in qõ. xlix.inci. Quæro an tales. per totam illã.q. & per d.Fely.in c.cauſam quæ. in ij.col.de teſti.Et per gl.in l.ij.in ver.abſens.C.de cõtrario iud.tut.& Ioan.de Ana.in d.c.fraternitatis.Et hic adde in materia iſta plura ſingularia dicta cumulata per d.Fely.in c.cum Bertholdus. in ix.col.de re iudi.vbi omnino videas, quia prædicta limitat pluribus modis vt ibi per eum, & vide Math.nota. xxv.inci.Nota regulam &c.Eiuſdem.

5 Regula eſt ꝙ familiares repelluntur a te-

ſtimonio l.ij.C.de teſti.l.eos eod.titu.l.idonei.& l.teſtes.ff.eo.tit. & in c. ſi teſtes.§.itē eos.iiij.q.iij.cum ſimi.Limita tamen hāc regulā duobus modis.Primo, non habere locum in famulo non habente ſalarium,quia talis famulus admittitur ad teſtificandum pro domino,ita ſingulariter dixit Specu.in titu.de teſte.§.j.verſi.Sed de quo mercenario &c.quod dictum refert & ſequitur Ludo.ro.in conſi.ſuo ccccxx.incip.Præpoſita quęſtio &c.Et non ſunt adhuc duo mēſes, quibus ego habui in facto, hoc eſt oſtendi Spec.& Ludo.Ro.in dictis locis, quia pars aduerſa hoc negabat. Pro quibus faciūt optime dicta per d.Felyn. in c.cum a nobis. in vlti.col.circa fi.extra de teſtib.Eiuſdē. Secundo limitata prædictā regulam non habere locum in familiaribus honeſte vite,quia tales admittuntur ad teſtificandum non obſtante familiaritate. Ita dicit tex. glo.& Inno.in c.literis.extra de teſtib.& Bald.in d. l.ij.C.de teſti.& Lud.Ro.in d. ſuo ccccxx. inci.Præpoſita quæſtio.in ij.colum. Ad primum tamen dictum vide d.Fely.in c. in literis in ij.colum.ver.Ex quo datur intelligi &c.extra de teſti.Eiuſdem.

6 In principe ſemper præſumitur iuſtitia ſeu iuſta cauſa, adeo quod non admittitur probatio in contrarium,vt ſingulariter dixit Cyn.in l.reſcripta.C.de precib.impera. offer.& in l.fi.C. ſi contra ius vel vti. pub. & do.Anto.in c.quæ in eccleſiarum.de con

* ſti.Et ibi do.Fely.in xxj.colū. (Idem dixit d.Floria.in l.ſi irruptione.in.§. ad officium in ij.colum.ff.finium reg.vide latiſsime per do.Fran.cur.in conſi.ſuo l.incip.Memoriæ. nu.cxxx.per vnam colum.) Et Ludo. Ro. in conſi.ſuo ccccxxxvj. quod indultum.in iiij.colum.quod tamen intellige eſſe verum vbi ipſe princeps ſtatuit generaliter vel vbi aliquid facit ſpecialiter motu proprio. Sed vbi aliquid reſcriberet ad alterius poſtulationem,tunc illa præſumptio ceſſat,quia tali caſu magis præſumitur ad importunitatē poſtulantis ſcripſiſſe quam ex ſua voluntate. Ita ſingulariter dixit Ludo.Roma.in d. cōſi.ſuo ccccxxxvi. incipien.Quod indultū &c. in iiij.colum. allegat quæ habentur in l.j.C.de pet.bo.ſubla.lib.x. quod eſt no. ꝙ etiam firmat d.Fely.in d.c.quæ in eccleſiarum in xxij.col.ver. Limita quinto &c.

* (Et vide omnino Iaſ.in l.ſi teſtamentum in j.colum.C.de teſta.& omnino Soci. in conſil.lxij.inci.Viſis.in penul.colum.in iiij. volu.& idem dixit Ludo.Ro.in repe.l.ſi uero in.§. de uiro.in xxiiij. fallen. circa med.ff. ſolu.matri.& Soci.in conſi.cxx.incip. Memini &c.in viij.col.in iij.volu.)

7 Communiter per Italiam viget ſtatutum quod contra inſtrumentum guarentigiatū nulla poſſit opponi exceptio &c. Sed tu ſcias ꝙ non obſtante tali ſtatuto fideiuſſor ſeu correus ex eo inſtrumēto conuentus poterit opponere exceptionem cedendarum actionum,quia nunquam intelligitur ſemota exceptio quæ deſcendit ex eo fonte, ex quo petitio & ipſi petitioni ineſt. Ita ſingu. dixit Bald.in l.prædijs.C.de eui.& in auth. præſente.C.de fideiuſ.quam doc.pro no. refert & ſequitur Ludo.Roma. in conſi. ſuo. xlij.incip. Viſis &c.in ij.colum. & in conſi. cccclxxij.inci.In eo quod queritur. & Barba.in cap.j.in xliij.colum.de offic. ordi. de quo latius ſcripſi in l.ij.C.de exe. rei iudi.

8 Præſumendum eſt regulariter pro facto papæ, vt habetur in c.propoſuit.de conceſ. præb.per do.Anto.in c. quæ in eccleſiarū. de conſti.per doc.in l.reſcripta.C. de preci. impe.offe.Nā ipſe ſemper præſumitur moueri ex iuſta cauſa,vt in dictis locis,hoc tamen limita non procedere nec eſſe verum vbi papa facit aliquid contra conſtitutionē reſpicientem generalem ſtatutum eccleſiæ, nam tunc non eſt ſubſtituēdus niſi faciat cū cauſa magna alijs no.& eſt neceſſe illā probari & ex primi,quia alias nō præſumitur, Iſtud fuit ſingulare dictum Inno.in c.quanto extra de conſue.quod dictum pro ſingu. alleg.& ſequitur Ludo.Roma. conſi.cccclxxxiij.incip.Dubitatur in penul. colū.vbi pro hoc alleg.gl.in c.literas.de reſti. ſpo. & in d.c.propoſuit.de conceſ. præben. idē ēt dixit ipſe Ludo.Ro.in conſi.ſuo ccccxcix. incip.In præmiſſa.in fi.penul.colum. vbi alleg.Innoc.ſed corrupte.nam hoc dicit in d. cap.quanto de conſue.& ibi vide Barba. in xiiij.col.Et vide ēt d.Fely.in c.nulli.de ſenten.excom.per totum c.

9 Nemo cogitur ſtare in communione l.fi. C.communi diui.l.ſi non ſortem.§.ſi centū. ff.de cōdi.indebi.l.in hoc iudicium.§.ſi cōueniant.ff.communi diui. cum ſi. Quinimo non valet etiam diſpoſitio teſtatoris in qua mandat hæredibus ſuis quod ſemper ſtēt in communione & in ſocietate d.§. ſi conueniat.& ita dixit Pau.de Caſt. in d.§. ſi centum & do.Alex.in conſi.cccxxxiiij. ſecundum ordi.meum,incip. Circa primum &c. in iij.colum.nec etiam cogitur quis ſtare in communione etiam ſi iuraſſet ſtare, ſecūdū Old.conſi.ccxlj.incip. Factum tale eſt, paterfamilias. Scias tamen vnum ꝙ licet in

diuiſione bonorũ ſufficiat vnũ ex ſocijs ꝓ-
uocare vt habetur in dictis iuribus, & in ro-
to ti. ff. commũ diui. Attamen in diuiſione
bonorũ feudalium ſecus eſt, quia non ſuffi-
cit prouocatio iuris vaſalli, ſed debent oẽs
conuaſalli conuenire & concordare, alias
non poteſt fieri diuiſio. ita probat tex. vni-
cus & ſing. in c. imperialẽ. §. præterea duca-
tus. de ꝓhi. feu. alie. per Fed. in verbo, ſi cõ-
ſortes voluerunt, ita illum tex. pro ſingu. ad
hoc propoſitum alleg. Abb. in conſilio ſuo.
lxxxij. incip. Conditor omnium in vj. colũ.
verſi. Ego tñ notanter dico vbi etiam addu
cit glo. iuncto tex. in cle. ſepe. de verb. ſign.
quod eſt not. Et iſtud dictũ Abb. refert & ſe-
quitur d. Felyn. in c. quæ in eccleſiarum in
xxxv. col. de conſti. ver. Secũdo limitatur.
Et illũ tex. ad hoc ẽt alle. d. Alex. in cõſ. ſuo
vij. incip. In conſultatione pręmiſſa in prin
cip. in v. volu.

10 Tu ſcis ꝙ exceptio proueniens ex defe-
ctu iuriſdictionis põt quandocunque oppo-
ni, & etiam poſt tres ſententias conformes
gloſſ. eſt ſingulariter in clemen. prima de
ſequeſt. poſſeſ. & fruc. quam ſequitur ibi
Petrus de Ancha. & Ioannes de Imola &
alij, & illam dixit ſingularem, & eam ſe-
quitur Petrus de Anchara. in conſilio ſuo
cclxxij. incipien. De tribus in vltima co-
lum. circa med. & Petrus de Ancha. in con
ſilio ſuo ſexageſimoprimo, incipien. Dupli
ci reſpectu in fin. & illam ſequitur etiam
ipſe Petrus de Anchar. in conſilio clxiiij.
incipien. De viribus & efficacia in vltima
colum. & in conſilio clxvj. incipien. Viſis
diligenter in princi. & Petrus de Ancha. in
clemen. prima de re iudica. Et Baldus in l.
ſi quis filio. §. quod ſi quis ff. de iniuſt. teſta-
men. & Abb. in capitu. epiſcopi in prima co
lum. extra de rebus eccleſiæ non alienan.
& Angel. in conſilio ſuo clix. incipien. Di
cta interlocutoria in fin. & Angel. in conſi-
lio cclviij. incipien. Super primo quæſito
& illam gloſ. refert & ſequitur Abb. in con
ſilio ſuo xcvij. incipien. Attingẽtia iuris or
dinem, & Ludo. Roma. in conſilio xliij. in-
cip. Viſis quæ &c. & Barba. in conſil. xx.
incipien. Viſo puncto & his quæ agitata &c.
in iij. colum. in iij. volumi. & Pau. de Caſt.
in l. fina. C. de arbi. & Abb. in conſi. lxxxij.
incip. Conditor omnium in fin. quinta co-
* lum. (Et Floria. in l. quædam mulier circa
fi. ff. fami. herciſcund. & Corſe. in not. inci-
pien. Statuto cauetur quod quod a ſenten
tijs &c. ſub verbo, ſtatutum.) Et Angel.
de Aret. in rubr. inſti. de excep. in xv. co-
lum. & in. §. appellantur in ix. colum. eodẽ
titu. quem omnino vide Alexand. in l. j. §.
& parui in j. colum. circa med. vbi late lo-
quitur ff. quod vi aut clam. pro qua glo. &
eius materia vide Ludo. Roma. in d. conſil.
xliij. & in conſil. cxv. in fin. Ioan. de Ana. in
conſi. l. in penul. colum. Bald. in addi. Spec.
in titu. de ſenten. in ij. char. verſicu. ſenten-
tia lata a iudice incompetenti &c. Alexan.
in conſil. lxxvij. in v. vj. & vij. colum. in ij.
volum. Barba. in c. cum in iure. in penul.
char. in vlti. col. de offic. deleg. d. Franc. de
Are. conſilio xlv. incip. Diligenter & matu
re in vij. columen. verſicu. Primo quidem
Bald. in l. prima C. ne liceat in vna eadem-
que cau. Angel. in l. j. C. quando prouo. non
eſt neceſ. Angel. & Imo. in l. de pupillo. §.
qui opus ff. de operis noui nunciatio. Lan-
franc. in capitu. quoniam contra. de proba.
Bald. ſuper ſtatutis in verſicu. bannitus in
xij. colum. in iiij. verſicu. Bald. in l. teſta-
menta omnia in principio C. de teſta. Et
domi. Fely. in cap. paſtoralis in fin. iij. colũ.
& in principio iiij. colum. de excep. vbi al-
leg. plures alias gloſ. dicentes illud idem ꝙ
glo. in dicta clemen. j. de ſequeſt. poſſeſ. &
fruc. & alia di. it in hac materia de quibus
* ibi per eum, quem omnino videas. (Et ad-
de quod dicta exceptio incompetentiæ po-
teſt opponi non obſtante ſtatuto excluden
te omnes exceptiones, ſecundum Bald. in
l. exceptionem circa fin. verſicu. ſed pone
ſtatutũ C. de probationib. & alios quos ad
ducit do. Philip. Decius in conſil. xxxviij.
incipien. Circa primum in penul. colum.)
Quinimo dicit Innocen. in capitulo ex ra-
tione de appellatio. & Bald. in Marga. ſua,
in verſicu. agens, quod etiam poſt exceptio
nem ſententiæ poteſt hoc ventilari, Et ra-
tio prædictorum poteſt eſſe quia iuriſdictio
eſt fundamentum fundamentorum iudicij,
ſecundum Bald. in conſilio ſuo xv. incip.
Iſta cauſa &c. in principio in primo volu-
mi. & Ludo. Bolo. in ſuo conſilio viij. in ff.
prima colum. Tene tamen ſingulariter mẽ-
ti vnum in hac materia ꝙ papa de plenitu-
dine poteſtatis poteſt ratificare ſententiam
latam a iuriſdictione carente ſecundum In-
nocen. in cap. prudentiam de offic. deleg. in
gloſ. quæ incip. ſed quid ſi iudex. quam do
ctrinam pro valde nota. refert & ſequitur
Angel. in l. obſeruare in. §. poſt hęc ff. de of-
fic. præſid. vbi ad hoc etiã alleg. glo. no. in
capitu. nulius el j. ix. quæſtio. ij. & text. in
cap. hoc quippe tertia quæſtio. vj. & etiam
eam refert & ſequitur do. Felyn. in capitu.

ea quæ. circa fin. de re iudic. Et vide omnino quæ dixi infra in ſingu. ccj. incip. In confeſſum &c. poſt med. vel circa. Et circa ſupradictam materiam faciunt dicta per domi. Felyn. in c. cum cauſam in xiiij. colum. in verſicu. Fallit ſecundo &c. de teſtib. vbi dixit quod licet alias atteſtationes inualidæ poſſunt conſenſu partium validari, tamen hoc fallit niſi ſint inualide, quia receptæ a iuriſdictione carente, ad quod alleg. d. de Rota & alia de quibus ibi per eum. Quæ omnia tene menti quia materia dictæ gloſſæ eſt quotidiana, & ego infinitis vicibus eam habui in facto, & forte non facile alibi inuenies ad materiam dictæ glo. tot ſimul cumulata.

11 Regula vulgata eſt apud omnes ꝙ ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus, de qua in l. ſi quis a ſe fundum C. ad leg. iuliam de vi. & late per Alexand. in l. naturaliter. §. nihil commune ff. de acquirend. poſſeſ. vbi ponit multas fallentias & limitationes ad hanc regulam, de quibus etiam late per Bertha. in reper. ſuo in verſicu. ſpoliatus. Sed tene menti quod inquantum docto. dicunt dictam regulam non habere locum quando apparet ſpoliatum nullum ius habere, de quo in capitulo cum eccleſia. de cauſ. poſſeſ. & proprie in capitu. ſuper eo. eodem titu. & in capitu. decimas de reſtitutio. ſpolia. in vj. & per Bald. in l. penul. in vlti. colum. C. ſi a non compe. iudi. hæc ſua limitatio limitatur & reſtringitur habere locum in ſpiritualibus tantum, ne detur materia peccandi, ſecus in profanis. ita ſingulariter dixit Oldr. in conſilio ſuo j. incip. In cauſa in ij. column. alleg. ad hoc cap. ſignificaſti. de diuor. & not. per Innoc. in c. conſtitutus de filijs præsby. & capitu. literas de reſtitu. ſpolia. & alia de quibus ibi per eum, ad quod vide etiam Angel. in l. paulus. §. primo ff. quib. modis pign. vel hypo. ſolut.

12 Noſti ꝙ nemo poteſt venire contra illud quod ore proprio confeſſus eſt text. eſt in l. generaliter C. de non nume. pecu. & in capitulo per tuas de probationib. Et tene menti quod iſtud habet locum nedũ in confeſſione ore proprio facta, ſed etiam habet locum in confeſſione præſumpta puta ex contumacia, vt ſi ſtatutum dicit quod contumax habeatur pro confeſſo. ita ſingu. dixit Oldrad. in conſilio cccxx. incip. Breues allegationes &c. in prima colum. ad quod allegat l. conſiliarios C. de aſſeſſo. & l. locorum C. de omni agro deſer. libr. xj. & . §. ſi vero quidam in authenti. de exhiben. reis &c.

13 Volo tibi dare auream & ſingularem doctrinam, quæ, vt puto, poſſet tibi dare de lacte & lana, ideo animaduertas, Tu ſcis quod communiter per totam Italiam ſunt ſtatuta & priuilegia Iudeorum volentia quod ipſi Iudei poſſint mutuare ſub vſuris pecuniam ſuper re furto ſubtracta, nec teneantur illam reſtituere vero domino niſi ſibi ſoluatur pecunia ſua vna cum vſuris. Sed ſcias tu quod tale ſtatutum ſeu eorum priuilegium limitatur non habere locum in Iudæis mutuantibus pœcuniam ſuper re aliena ſcientibus ipſis Iudæis illam rem eſſe alienam vel furto ſubtractam, quia tunc tenentur illam reſtituere vero domino ſine pecunia per eos exburſata & ſine vſuris iſte eſt caſus valde ſingulariter in lege ſeruus cuiuſdam ff. de conditione indebi. vbi Baldus & doctor. hoc volunt quod etiam melius & apertius firmat Ioannes de Anania in conſilio ſuo ſeptuageſimo incipien. Viſis & ponderatis &c. vbi ſingulariter loquitur, & idem firmat Baldus in conſilio nonageſimoſecundo incip. Tria poſſunt &c. in quarto volumine. Et dominus Felynus in capitulo cauſam quæ. in nona columna poſt medium verſicu. interpretatio priuilegij &c. de reſcriptis. Et illum text. etiam magnificauit Baldus in l. eos C. de furt. dicens eum eſſe nota. contra receptantes res furtiuas ſcienter, & illum textum etiam ſumme nota. ipſe Baldus in rubrica C. de conditione ob turpem cauſam, & Angelus de Aretio in tractatu maleficiorum in verſic. & veſtem celeſtem in quinta charta verſicu. quid ſi quis emit ſcienter. * (Et vide Iaſo. omnino in dicta l. ſuus, vbi nota. loquitur in materia, & vide quæ dixi in practica mea cauſ. criminal. in. §. aggredior. numero xxxj.) Limita & ſecundo dictum ſtatutum, ſeu priuilegium Iudæorum, videlicet niſi bona furto ſubtracta eſſent eccleſiæ vel alicuius forenſis qui non eſſet ſuppoſitus iuriſditioni ſtatuentium vel eius qui fecit tale priuilegium Iudæis, quia tales non obligantur tali priuilegio vel ſtatuto, ſed ſunt in terminis iuris communis, ita ſingulariter dixit do. Abb. in capitu. quod clericis de foro competen. in ix. colum. verſi. Et hoc infero, & Barba. latius in conſilio lxxv. incipien. Viſo puncto circa tertia charta in verſicu. tuj. facit in tertio volumi. vbi alia plura allegat in * propoſito.) Vide do. Rochum in cap. fin.

ſn cxxv.col.circa fi.de conſue.) Ad quæ ēt
optime faciunt dicta per do.Alex.in conſil.
ſuo xliiij.incip. Videtur &c.in iij.& iiij.co
lum.in v.vol.vbi videas.Et vide etiā Abb.
idem tenentem in c. eccleſia ſancte Marie.
de conſti.in repe.in vlti.char.in ver.ex hoc
infero &c. & ibi do.Fely.in xlvj.col.circa
me.& Barba.in d.ſuo conſi.lxxv.inci.Viſo
puncto.in vj.col.in iij.volu.Quę omnia te-
ne perpetuo mēti,ego alias in ciuitate Cu-
marum practicaui primā limitationē,& ex
ea conſecutus ſum decus & lucrum.

14 Ad hoc vt inquiſitio poſsit formari per
iudicem de delicto cōtra aliquē oportet ꝙ
fama ſeu diffamatio,præcedat,aliter iudex
non poteſt procedere cōtra aliquem, vt ha
betur in c.qualiter & quando.& in c.inqui
ſitionis.de accuſ.& ibi hoc no. Inno. & Io.
And.& alij,& voluit Ange.in repe.l.ſi va-
cantia.C.de bo.vac.& Bart.in l. de minore
.§.tormenta.ff.de quæſtio.& in l.fi.& in l.j.
* in princip.eo.ti.(Vide omnino Alex. cōſi.
clxxix.incip. In cauſa Angelorum in pen.
col.in ij.vol.& vide in meo reper.ad literā
I.in xxv.char.in iij.nota.) hoc tamen ſcias
non procedere nec locum habere qñ inqui
ſitio emanat de conſcientia principis, quia
tūc non requiritur quod procedat fama ſeu
diffamatio vel indicia,nam cōſcientia prin
cipis ſupplet omnem ſolennitatem. ita di-
xit ſingulariter Inno.in c.cum oporteat.de
accuſ.& Bal. eum ſequendo in l. nullus.C.
ad l.iul.maieſt.& Angel. Are.in tracta. ma
lefi.in verſi.fama publica.verſic.aduertēdū
autem &c.& do.Bartho.Cæp.in conſil.ſuo
xvij.incip.Viſa.in vlti.col.Quam tamen li
mitationē ſane intelligas quando inquiſitio
formatur de mandato ſeu ex conſcientia
principis ex motu proprio ipſius principis
nam tunc nō requiritur diffamatio nec alia
ſecus ſi ad poſtulationem alterius princeps
hoc mandat.iſta eſt glo.ſing. in c.ij.de accu.
lib.vj.alias etiam limitationes ad prædicta
vide per Spe.in tit.de inquiſitio.§.nunc tra
ctemus.verſic. hoc autem ṅota.& ibi Ioan.
And.in addi.& vide latius per Domini. de
ſancto Gemi.poſt Io.And. & Archi. in d.c.
ij.& per docto.in d.c.cum oporteat.& in c.
fi.de accuſ.

15 Statuta communiter extant per Italiam
diſponētia ꝙ præbētes auxilium, conſiliū,
vel fauorem maleficio,puniantur eadē pœ-
na qua cōmittentes,quod etiā videtur cau
tum de iure ciuili,vt habetur in l. ſi quem-
quam C.de epiſ.& cle.& in l.quiſque C.ad
l.iul.maieſt.& in l.iij.ff.ad l.corne,de ſicca,
cum ſi.Attamen tene menti ꝙ ſi quis pręſti
terit opem,auxilium, vel fauorem malefi-
cio,non debet puniri eadem pœna qua ipſe
principaliter committēs maleficiū, ſed de-
bet mitius puniri.ita ſingulariter dixit Sa-
ly.in l.j.C.de rapt.virg. quem refert & ſe-
quitur d.Barth.Cæpo. in conſil. ſuo xxvij.
incip.Requiſitus.in vlti.colū.vbi ſubdit ꝙ
talia ſtatuta ex quo loquuntur ſimpliciter
de præſtantibus auxilium,conſiliū, vel fa-
uorē,debent interpretari ſecundū ius com-
mune,per l.ij.C.de iure.deli.& ſic vt teneā
tur eadem pœna in caſibus in quibus de iu
re communi tenerentur eadem pena,videli
cet ſi dediſſent cām morti,& quando nō eſ-
ſet nudū auxiliū vel conſiliū,& quādo hoc
expreſſe conſtaret & nō per præſumptio-
nes.Secus ſi nō dediſſent cām morti vel eſ-
ſet auxilium vel cōſilium nudū, quia tunc
nō oportet ꝙ tenerētur eadē pœna per præ
dicta quod eſt mēti tenendū propter prædi
cta ſtatuta quæ communiter vbiq; vigent.
Pro quibus facit nota.verbum Bal. in l. cū
ancillis in j.col.verſicu.item noſ.ex hac le-
ge &c.C.de ince.nup.vbi dicit ꝙ mitius pu
nitur ille in cuius domo fit aliquid eo pa-
tiēte quam ipſe deliquēs principalis. & fa-
ciūt dicta per Ioan.de Ana.in c.ad falſario-
rū.de crimi.fal.in fi.ij.colum. Et optime ēt
faciunt dicta per Gandi.in ſuo trac. malefi.
in ti.de homi.in ij.colum.in verſi. itē pone
quod Titium &c. Et illud idē quod tenet
Saly.in d.l.j.& Cæpo.in d.conſil.xxvij.te-
nuit Gandi.in trac.ſuo malefic. ſub rub. de
furt.& latro.in v.col.circa med. ver. Et ſic
no.&c.Et pro iſtis optime facit glo.ſing.in
c.periculoſe.de peni.diſti.j.quæ dixit ꝙ vbi
factum ſequitur grauius eſt peccatum. quā
glo.refert & ſequitur Bald.in l.data opera.
in xvij.colum.C.qui accu.non poſ.& ibi di
* xi latius.(Et vide Alex.in conſi.clx.incip.
Viſis.in vlti.col.in vij.volu.)

16 Proditores ſunt odio nedū deo & homi-
nibus,ſed ēt ſunt odio iuri,adeo ꝙ eorū filij
ſunt incapaces ſucceſsionis tā ex teſtamēto
ꝙ̄ ab inteſtato,vt hr̄ in l.quiſquis C.ad l.iul.
maie.Itē ille qui Incepit adminiſtrare bona
alicuius ſtatim ipſo effecto ꝓditore perdit
dictā adminiſtrationē,ſecūdū Cyn.in l.fi.C.
ad l.iul.maie.Et dixit Bal.per illū tex.in l.
ſi quos.C.de poſtli.reuer.ꝙ proditores rei-
publice nō gaudēt beneficijs iuris. Et dicit
ēt Bald.in c.j.in ti.an ille qui interfe. fratrē
dñi ſui in j.co.ꝙ proditor nō debet ſtare an
te principē nec pōt ſtare in curia principis.
& dicit tex.valde not.in c.careat iij.q. ix.

in l.j.ff.ne quis eũ qui in ius voc.eſt vi exi. & voluit Bar.Bal.Ang.& Pau.de Caſt.in l. ſed eximendi.& in l.ſeq.per illa ſura.ff.ne quis eũ qui in ius voc. Sed tene menti vnũ quod eſt fortius,videlicet ꝙ nedum ille qui de facto eximit recte captum de manibus ſamilie tenetur creditori ad ſolutionem illius debiti tanquam ſi fideiuſſiſſet,ſed etiam ille qui notificauit debitori alicuius ꝙ aufugere deberet, quia creditor ſuus ordinauerat facere eum capi & detineri,tenetur creditori ad ſoluendum debitum illud ſi talis debitor fugam arripuit.ita notabil'r dixit Pe.de Anch.in conſi.ſuo cccxlj.incip.viſo themate.in ſi.& Bar.in c.dilectis.in iij.col.de appel.& ibi Car.Alex.& Ioan.de Ana.in conſi.lv.incip.quia dubia &c.in ſi.ver.de quo dicto feci mentionem anno præterito in repe.mea. rub.ff.de fideiuſ.in vij.col.in prin. quod dictum non memini me alibi vidiſſe, ideo tene mẽti,quia quotidie occurrit in facto uide tñ quæ dixi ſupra in ling.xliij.inci. debitor. (Vide Iaſ.in l.j.§.quod prætor.in ij.col.ne quis eum &c.Barb.in conſi.lxxvj. incip.ſapienter.in iij.& iiij.col.in v.vol. & vide infra in ſing.ccclxvj.inci.aliqua.)Qua autem pœna puniatur eximens reum crimi nis vide Bal.in l.cuiuſque.ff.ad l.iul.maieſt. & Alexã.conſi.xxxv.inci.viſo themate.in ij. colũ.in ij.volu.& infra in ſingula.cclxxiij. incip.notiſsimum.

138 Iudex vnius territorij mandat executioni ſnĩam iudicis alterius territorij mediantibus literis ipſius iudicis qui tulit ſententiã, & hoc qñ bona ſunt ſita in territorio iudicis cui litere diriguntur.ita habetur in l.a diuo pio.§.ſnĩam.& ibi per doct.oẽs.ff.de re iudi.in l.ſi.ff.de iuriſ.om.iudic.in c.romana, §.contrahentes.de fo.compet.& ego alias ſententias infinitas mandaui executioni ad petitionem aliquorũ iudicum dum fui iuſdicens in pluribus & diuerſis locis ac ſepius ſententiæ meæ eodem modo in ſubſidiũ iuſtitiæ mediantibus literis meis fuerunt miſſe executioni,quia ita iura requirunt. (Vide in materia iſta Bart.in conſi.ccccl.incip. quidam in terra Burgi &c.in ij.vol.& Iaſo. in l.properandum.in.§.ſin autem reus, in ꝓ & ij.col.C.de iudi.)Pro quibus faciũt dicta per Alb.Gand.in ſuo trac.maleſi.ſub rubri. de cita.in maleſi.fac.in ij.col.verſi. ſed ego non puto.& vide Ang.in l.cum vnius.§.pe. ff.de bon.autho.iudi.poſ. Tene tñ menti ꝙ iſtud procedit & habet locum qñ iudex alterius territorij pronunciauit ſecundum leges, ſecus autem ſi pronunciauit & ſententiauit ſecundũ ſtatuta loci ipſius iudicis, quia tunc iudex alterius territorij non tenet' talem ſnĩam mittere executioni iſtud fuit ſingu.dictum Bal.in l.j.in ſi.uerbis.C.de cõſeſ. & eiuſdẽ Bal. licet non tam clare.l.j.in iiij. q.C.ne fil.pro pa.quam doc.pro valde not. refert & ſequitur d.Alex.in d.l.a diuo pio. §.ſnĩam.in j.addi.in iij.col.verſi.ſecundo limita.ff.de re iudic.& Paleotus in l.j.in ſi.ff. de offi.aſſeſſ.quod tene menti, quia poteris impedire executionem plurium ſententiarum ad quas iudices nõ animaduertunt. Et teneas menti ꝙ talis iudex alterius territorij, cui litere diriguntur vt in ſubſidium iuris exequatur talem ſnĩam, poteſt de iniquitate talis ſnĩæ cognoſcere, & ſi viderit talẽ ſententiam iniquam, aut de hoc vehemẽter ſuſpicetur,non debet illam executioni mãdare. ita dixit Ang.in l.ſi vt proponis.C.de execu.rei iudi.quod dixit eſſe valde quotidi num. ad quæ faciunt quæ dixi in l.j.§.ſi quis vltro.in vj.char.ff.de quæſtio.& in hac materia vide Pau.de Ca.in l.omnis.in.§.nihilominus.C.de epiſ.& cle.

139 Dixi tibi ſuperius ꝙ appellatione filiorum veniunt naturales tñ, & plures caſus in quibus tales filij naturales veniunt ponit do.Fely.in c.in præſentia. in x.col.de ꝓba. Tene tñ menti vnum not.caſum in quo appellatione filiorum non comprehendit' naturalis tm̃, nam ſi pater habet inimicitiã cũ aliquo,& ſecum facit pacem & præſtat cautionem pro ſe & filijs de illo non offendendo, non tenetur de offenſa poſtea illi illata per filium naturalem tm̃.ita ſing.dixit Cy. in l.cum pater.§.volo.ff.de leg.ij.quod dictum refert & ſequitur d.Fely.in d.c.in præſentia.in x.col.circa med.verſi.& adde ꝙ ſi pater.pro quibus faciunt optime dicta per d.Ant.in addi. Spe.in ti.qui fil.ſint legi.ſub rubri.vbi dicit ꝙ ſtatutum diſponens ꝙ pater teneatur emendare damnum datum per filium non comprehendit damnum datum per filium ſpurium. quod dictum ſequitur Albe.de Roſa.in j.parte ſtatu.q.xlix.incip. item ſuppoſito. & in q.lxi.incip.item quæro.in j.parte ſtatu.& in c.per venerabilem. in xxxij.col.qui fil.ſint legi.& Ioã.de Imo. in l.lucius.in.§.ſi.ff.de leg.ij.vbi plus etiam dicit ꝙ tale ſtatutum etiam non habebit locum in filio naturali tm̃, de quo etiam per eum in l.ex facto.in.§.ſi quis rogatus.ff.ad treb.& per Lud.Ro.in l.ſi filio.la ij.ff.ſolu. matri,& per d.Alex.qui alia plura refert in conſil.ſuo lx.incip.viſa legitimatione.in v. col.in ij.vol.vbi videas,licet contrarium fa

clant dicta per Ang. de Are. inſtitu. de hære. quæ ab inteſt. in. §. interdum, circa fi. & per Pet. de Ancha. in conſi. ſuo clxxxvij. incip. ✱ apud me quæſtio iſta. (Et dicta per Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore. i lxix. col. ff. de vſuc.) Et vide plura ad materiam iſtam facientia per d. Alex. in l. fi. in apoſtil. C. de verb. ſig. Tene menti perpetuo quia ſingularia ſunt & de pane acquirendo.

140 Teſtis qui offert ſe ad teſtificandum cõtra aliquem præſumitur ſuſpectus, & ideo repellitur ſecundum Bar. in l. poſt legatū. §. his vero. ff. de his quib. vt indig. Iac. de Bel. in. §. ſi vero ignoti. per illum tex. in authen. de teſt. Bal. in auth. ſed nouo iure. in j. col. C. ſi cer. peta. & in l. qm liberi. in prin. C. de teſti. & Bar. in l. vxori. ff. de fal. & in l. quę omnia. ff. de procu. & Abb. in c. cū P. circa fi. de accuſ. Attamen limita & reſtringe hoc non habere locum qn̄ eſſemus in materia in qua ageretur de peccato euitando, quia tali caſu teſti ſe offerenti creditur. ita ſingul. dicit Ioan. de Imo. in c. iurauit. per illum text. de proba. quod dictum pro valde no. refert & ſequitur d. Fely. in c. ij. in viij. col. circa me. extra de teſti. vbi ſubdit ꝙ ita poteſt intelligi tex. in c. cum in tua. de ſpon. in verſi. ſponte oblata. & facit ſecūdum eum. c. prętęrea. el ij. eo. ti. & ibi ponit etiam aliam limita. nota. ad illud quod teſti ſe offerenti.

141 Audiuiſti forte alias a præceptoribus tuis ꝗ plures effectus iuramenti, ſed forte non audiuiſti vnū quem volo te docere tanquam pulchriorem & vtiliorē cæteris, ideo aduerte & tene menti ꝙ ſi iuramentum eſt appoſitum per debitorem vel per ſe obligātem in ipſa obligatione, tunc nunꝗ poteſt talis debitor opponere præſcriptionem, ita ſing. dixit Lud. Rom. in repe. l. j. in iij. char. verſi. & adde duas no. cautę. ff. de vſuc. vbi dixit quod ad hoc vt impediatur præſcriptio cautela eſt, ꝙ in fine inſtrumenti apponatur iuramētum, quia tunc eſt ſublata præſcriptio, nam iuramentum perpetuat actionem, alleg. tex. quem dicit ſing. in l. nā & poſtea. in. §. ſi damnetur. ff. de iureiur. quę tex. dixit ipſe ibi quod allegauit ad hoc Ang. in voce. & reſpondet ibi Ludo. Ro. ad ea quæ contra hoc dictum poſſent adduci quæ non refero breuitatis cauſa. Et ita alias iam pluribus annis elapſis habui & obtinui in contingentia facti in hac ciuitate, & fuit mihi neceſſe portare Lud. Ro. in pallatio in d. l. j. quia iudex noluit mihi credere quod hoc ✱ diceret Lud. Roma. (Idem dixit Baueria. in xxix. priuile. iuramētu, quem vide.) Sed poſtea inueni. d. Iaſ. hanc partem tenentē in. §. ſed aliqn̄. inſti. de vſucap. in ſuis addi. ad d. Chriſtofo. Por. in vj. addi. quæ incip. Adde vnum notabile in materia. Et ſubdit ibi ipſe ꝙ hoc colligitur ex no. per do. Anto. poſt Hoſti. in c. ſi diligenti. extra de præſcrip. & dicit ꝙ pro hoc faciunt not. per Bar. in l. nā & poſtea. §. ſi is qui. ff. de iureiur. & illud dictum ēt approbat d. And. Barb. in conſi. ſuo xx. inci. viſo puncto. in pe. col. in iiij. vol. Et do. Barth. Soci. in conſil. ſuo lxxxvj. inci. in cauſa cōmunitatis &c. in v. col. verſi. ſecundo probatur dicta concluſio. Quod dictū tene cordi, quia aureū & vtile eſt. de quo ego etiam dixi in repe. mea. l. fi. C. de probat. in xxxv. char. vbi plures notabiles effectus iuramenti cumulaui. Et ad prædicta faciūt dicta per d. Fely. in c. quoniam. in iiij. col. poſt prin. extra de præſcrip.

142 Cautum eſt de iure ciuili ac ēt conuenit iuri naturali ꝙ quæ de nouo emergunt nouo indigent auxilio, vulgata. l. de etate. §. ex cauſa. ff. de interrog. act. habetur in c. pe. de cle. non reſi. & in c. ſuſceſtum. de deci. & in l. ex facto. ff. de vulg. & pup. & facit optime tex. no. in l. ſi hominem. ff. man. cū multis ſi. ✱ (Vide infra in ſing. ccxxxiij. inci. quę de nouo &c. & omnino Deci. in conſil. cccxxxv. inci. viſo. in ij. col.) Et adeo eſt vera hæc regula, ꝙ licet exceptio excuſsionis ſit dilatoria, vt habetur in l. peremptorias. C. ſentē. reſcin. non poſ. & in c. inter monaſteriū. de re iudi. & in l. ita demum. C. de procu. cū ſi. & ſic debet opponi ante lit. conteſt. vt in dictis iuribus, attamē ſi prius fuit facta excuſſio contra debitorem principalē, & ipſo nō reperto ſoluendo creditor velit agere contra fideiuſſorē vel contra extraneos poſſeſſores, & interim ſuperuenianit bona de nouo debitori principali poterit ipſe fideiuſſor vel tertius poſſeſſor contra quem ageretur de hoc excipere & petere quod de nouo fiat excuſsio contra ipſum principalem, ita ſing. dixit Cy. poſt Pe. in auth. præſente. C. de fideiuſ. in pe. q. & Bal. & Pau. de Caſt. in l. fi. §. j. ff. ſi cer. pet. & Bal. in d. l. perēptorias. idem voluit d. Alex. in conſi. ſuo c. inci. diſcuſsis. in pen. col. in v. vo. & ibi alia not. ſubdit in materia, quæ vide, de quo latius dixi in conſi. meo lj. incip. ſuper articulo. in iiij. char. & dixi anno præterito in repe. rubri. ff. de fideiuſ. viij. col. vbi videas.

143 Filio baſtardo non poteſt recta via ſeu directe aliquid relinqui a patre. authē. licet. C. de natu. libe. l. fi. eo. ti. §. ne igitur. in auth. quomo. natu. effi. ui. habetur per ſcriben. in

c.cum haberet.extra de eo qui duxit in ma
tri.quam pol.per adul.ſecus autem eſt in ne
pote legitimo nato ex ipſo filio baſtardo,
vt volunt doc.in dictis locis.Sed ſcias tamē
quod licet legitimus natus ex ſpurio poſsit
inſtitui vel relinqui ab auo, iſtud tñ non
habet locū in nepote nato ex filio inceſtuo-
ſo qui a nullo ex parentibus inſtitui poteſt.
ita ſingu.dixit Bal.in c.in præſentia.in viij.
col.de probat.vbi dicit quod de hoc eſt ca-
ſus vnicus in iure in l.ſi quis inceſti.C.de
inceſt. nupti.

144 Error in nomine appellatiuo nō vitiat
actum ſeu diſpoſitionem dummodo de cor-
pore conſtet. ita habetur per ſcriben.in l.ſi
quis in fundi vocabulo.ff.de legat.j.& in l.
his verbis.§.fi.ff.de hære.inſti. & per doct.
poſt gl.in l.quæ extrinſecus.ff.de verb.obl.
Et ideo tene menti ꝙ ſi quis, puta Titius,
fuit exbannitus ex ciuitate propter homici
dium,& in banno iudex errauit,quia debe-
bat dicere ꝙ banniebat Titium de Mutina,
quia erat de Mutina, & dixit Titiū de Fer-
raria & ſic errauit in nomine patriæ , atta-
men valebit tale bannum ſi conſtat de cor-
pore & de maleficio per eum commiſſo.ita
ſingul.dixit Ang.in d.l.his verbis.§.fi.ff.de
hære.inſti.vbi refert alias quendam hic Bo
noniç fuiſſe decapitatū,quia erat deſcriptus
in numero bānitorum tanꝙ eſſet de vna ci-
uitate cum eſſet de alia,& ipſe propter hoc
nō credebat eſſe bannitum,attamen fuit ca
ptus & decapitatus & iuſte.ſecundum Ang.
ibi.ex quo conſtabat eum fore citatū & ma
leficium cōmiſiſſe. & iſtud dictum refert &
ſequitur pro ualde no.Barba.in c.ſignifican
te,in iiij.char.de reſcrip.

145 Frangenti fidem fides frangatur eidē.l.
quæro.§.inter locatorem.ff.loca.cum ſimi.
Attamen teneas menti ꝙ licet tranſactio ſit
facta animo nouandi & ex ea pignus datum
ſit, ſi tñ tranſactio non ſeruatur pignus non
reſtituitur,ſed pro obligatione nouata reti-
netur quod eſt valde notatu dignum.ita ſin
gu.dixit Ang.in l.eſt differentia.ff.in quib.
cau.pig.ta.contraha.& vide Ang.de Are.in
§.item ſeruiana.in iij.col.verſic.quæro an
inuecta &c.inſti.de act.

146 Creditor non pōt cogi ante tempus ad
recipiendā pecuniam ſibi promiſſam niſi i-
terſit debitoris,vt habet in l.ſi pecuniam.ff.
ſi cer.peta.& in l.titius.ff.quæ res pig.obli.
poſ.& in l.qui Romæ.in prin.ff.de verb.obl.
Scias tñ in hac materia ꝙ licet aliquo caſu
creditor cogi poſsit recipere pecuniam ſibi
debitam ante tēpus,attamen qñ aliquis de-
bet recipere aliquid ab aliquo ꝙ curſu tem
poris deteriorari pt, vt vinum,granū,oleū,
& ſimilia, nunꝙ hoc caſu cogitur recipere
ante tēpus.iſtud fuit ſing. dictū Guil.de Cu.
in l.comparationes.C.de fi.inſtr.quod dictū
pro valde not.refert & ſequitur Ang.in d.
l.titius.in fi.ff.quæ res pig.obli.poſ.de quo
etiam aliquid per Pau.de Ca.in l.item quia
in fi.ver.vltimo quæro.ff.de pact.

147 Filius præſens & tacens obligatur ex
matrimonio contracto per parentes ſuos.c.
vnico.de deſpon.impub.lib.vj.& hoc ꝓce-
dit & inductum eſt fauore matrimonij & fa
uore parentum , ſecus tñ eſt in alijs conſan-
guineis illius filij vel filiæ,quia licet ſit præ
ſens & tacens nō obligatur ex matrimonio
contracto per tales conſanguineos,ſecundū
Ioan.And.in d.c.vnico.in nouella.& d.Ab-
ba.in c.nonne.de præſum.& in c.j.in vlt.no
ta.extra de matri.contrac.contra interdict.
eccle.Sed hoc dictū limitatur,videlicet niſi
cauſa cognita conſtaret filium vel filiam ob
reuerentiam parentū vel alterius ipſorū ta-
cuiſſe,quia tunc filius qui tacuit non obliga
bitur tali matrimonio.ita ſing.dixit d.Abb.
in d.c.nonne.in vlt.col.de præſump. quod
dictum refert & ſequitur d.Felyn.ibi in iij.
col.& de eo facit magnum feſtum dicens ꝙ
nunꝙ obliuiſcaris hoc dictum,quia iſtud di
ctum ipſe alibi nō legit, & quod iſtud dictū
* eſt aptum infringere mille ſponſalia.(Vide
infra in ſing.ccxv.inci.validū eſt argu.& in
ſing.cccxlvij.incip.matrimonium &c.)

148 Graue eſt fidē fallere.l.j.ff.de conſt.pe-
cu.in prin.Et nihil tam congruum humanæ
fidei ꝙ pacta ſeruare.l.j.ff.de pac.l iuregen
*tium.§.prætor ait.eo.tit.(Vide Deci.in l.ea
eſt natura.ff.de reg.iur.ad fi.) Et ideo dixit
glo. & Bal.ibi poſt eam in l.a procuratore.
C.manda. quod nihil eſt melius bona fide,
& facit tex.i epiſtola inter claras.C.de ſum
ma trini.& fide catho.vbi dicit quod nil lu
ce præfulget ꝙ recta fides in principe. Et
ideo tene menti ſingulare verbum do.An-
dree nam tu ſcis ꝙ ex pacto nudo nō oritur
actio regulariter.l.iuriſgentium.§.ſed cum
nulla.ff.de pact.cum ſimi.attamen licet pa-
ctum nudum non pariat actionem de iure,
quia tamen procedit ſecūdum præcepta iu-
riſgentium nō debet denegari iuſtitia ſi pro
illo petatur.ita ſingu.dixit d.An.in c.quę in
eccleſiarum.de conſtitu.quod dictum refert
& ſequitur do.Alex.in l.quintus.in apoſtil.
ad Bar.ff.man.pro quo dicto ipſe do.Alex.
allegat aliqua ibi , de quo dicto vide eundē
Alexan.in dicto.§.ſed cum nulla.circa fi.&

pro iſtis facit quod dixit Bart.i d.l.quintus.
vbi inquit ꝙ verecũdia eſt denegare ꝙ pa-
cto nudo quis promiſit.& ideo dixit Bal.in
d.l.j.ff.de pac.in princ.quod Ariſtoteles di-
xit ad Alexandrum,o Alexander, ſerua fi-
dem. & ibi etiam refert magiſtrum ſenten-
tiarum dicẽtem ꝙ Deus obligatur ex fide.
& pro iſtis facit tex.in c.iuramenti.xxij.q.
ij.vbi dicitur ꝙ inter ſimplicem loquelam
& iuramentum Deus non facit differẽtiam.
quod etiam dixit gl.in c.j.extra de pac.et fa
ciunt dicta per doc.in l.digna vox.C.de le-
gi.attamen prædicta omnia ceſſant moder-
nis temporibus, quia vt experientia docet
fides in totum eſt annihilata, & infidi & im
probi ſunt in pretio,& alios antecedunt, &
æquam pluribus venerantur.

149 Vouentes tenentur vota adimplere ni-
ſi aliqua iuſta cauſa adſit vt habetur in toto
ti.extra de vot.facit illud,videlicet, Voue-
te & reddite &c.& iura fauent votis & vo
ta adimplere volentibus. Ideo tene mẽti ꝙ
ſi alicui ſint aſsignata cõfinia & ille promit
tat non exire de confinibus ſub pœna, ſi tñ
exit de confinibus vt vadat ad complendũ
votum non cadit in pœnam. tex.eſt,& glo.
ſing.in l.illud.ff.de offi.præſid.quæ iura ad
hoc allegant Moder.in c.literaturam.de uo
to.Et facit quod dicit Bal.in l.j.in iij.col.C.
de edil.act.vbi dicit ꝙ mulier exiens de car
ceribus vt vadat ad aliquam eccleſiam cau
ſa implendi votum nõ dicitur aufugiſſe de
carceribus. quod not.adde hic Pau.de Ca.
in l.ſi filiusfamilias.§.fi.ff.de procu.vbi di-
cit ꝙ facta religionis gratia excuſant facien
tem. Et facit dictum Rayn.de Forli,in l.qui
cum vno.§.fi.ff.de re mili.vbi dixit per il-
lum tex,ꝙ filio exiſtenti in religione licitũ
eſt illam exire pro alendo patrem, quod di
ctum refert & ſequitur Nellus in trac.ban-
nito.in j.parte ſecundi tempo.q.xlviij.inci.
Quæro an bannitus.in fi.

150 Acceſſus ad meretrices publicas nõ nu-
ptas eſt impunibilis de iure,vt habetur in l.
ſi vxor.& ibi per Bar.ff.de adul.& i l.ſi ea.
& in l.qui adulterium. & vtrobiq; per An-
ge.C.de adulte.& habetur in l.verum.ff.de
fur.vbi voluit hoc Bart.dicens ꝙ coitus cũ
meretrice eſt impunitus,alleg.l.j.C.de con-
cu.(Vide Alex.in conſi.xcix.incip.viſa in-
quiſi.in vj.vol,in vlt.col.i prin.)Et hoc vo- *
luit Alb.Gand,in ſuo trac.male.ſub rubri.
de aliquibus quæſtionibus varijs in malefi
cijs.in j.col.in fi.ver,quæſtio de facto.Do ta
men tibi caſum ſingularem in quo acceſſus
ad publicas meretrices etiam nõ nuptas &
habens rem ſecum punitur tanq̃ ſi acceſsiſ-
ſet ad mulierem honeſtam,qui caſus eſt quã
meretrix ipſa eſt carcerata, nam tunc acce-
dens ad eam & habens rem ſecum punitur
ac ſi acceſsiſſet ad mulierem honeſtam. Ita
ſing.dixit d.Par.de Pu.in ſuo ſolenni tract.
ſyndi.in xvj.char.ſub uerbo,adulterium.in
j.col.Mouetur ad hoc dicẽdum ratione no-
tabili,videlicet.Nam licet ex forma ſtatuti
bannitus poſsit impune occidi & offendi,
attamen iſtud fallit in bannito capto & car
cerato,quia talis bannitus & carceratus nõ
poteſt offendi,quia carcerati ſunt ſub prote
ctione curie.l.fi.C.de cuſto.reo.& offendẽs
talem bannitum debet puniri.itꝙ dixit Bar.
in l.in laqueum,ff.de acqui.rer.do.& in l.j.
.§.transfugas.ff.ad l.corne.de ſiccar.& in l.
legis iuliæ.ff.ad l.iul.de vi priua.Sed tu ad-
de quod idem tenet d. Nellus in tract.ban-
nito.in ij.parte ſecundi temporis.q.xxviij.
& ibi in qõ.xxiij.incip.quæro quidam. &
Bald.in l.libertas.ff.de ſta.ho.vbi ſubdit in
propoſito ꝙ ſi captus eſt bannitus & carce
ratus & debet ſuſpendi,ꝙ ſi affines ſui eum
venenant in carcere ne vituperentur ꝙ pu
niri debent tanq̃ parricide.idem dixit Io.
de Ana.in c.cum iuramẽto.in vlt.col.de ho
mi. & de bannito carcerato tenuit idẽ Bal.
in l.fi.C.de malefi. & mathe.& in l.fideicõ.
§.ſi quis.ff.de lega.iij.& in l.j.C.vnde vi.in
pe.col.& voluit Bar.in.§.arripiat,in authẽ.
vt oẽs obe.iudi.& Ioan.And.in addi. Spec.
in ti.de accuſa.in iiij.parte.in.§.ſequitur. in
addi.magna. in iij,col.& Ioan.de Imo.in l.
publius,§.j.de condi. & demon.& Ioan.de
Ana.in d.c.cum iuramento. & in c.j.in fin.
de ſortile.Et ſic ex hac ratione concluſit ip
ſe d.Par.in dicto ſuo trac,ꝙ licet meretrix
poſsit impune cognoſci, non tñ hoc habet
locum in meretrice carcerata ne fiat iniuria
caſtitati carcerum & loci qui eſt publicus,
per l.j.C.de offi.iudi.& per rationem auth.
nouo iure,C.de cuſt.reo.tene mẽti,quia ali-
bi non legi hoc dictum.Pro quibus etiam fa
cit quod voluit Pau.de Caſt.in conſilio ſuo
cxcvj.incip.viſo proceſſu.in ij.col.vbi di-
xit ꝙ etiam in bello licito non eſt licitum
occidere inimicum poſtq̃ eſt captus,per d.
l.libertas.& vide in trac.violantes. in ver-
bo,mortui.in iij.char.in iij.col.in fin.& ibi
* in ſeq.col.(Et idem dixit tex.in c.noli eſti-
mare.xxiij.q.j.)Et Alb.Gand.in tracta.ma
lefic.ſub rubri,de bannitis pro maleficio.in
vij.col.ver.vlti.duas qõnes.vbi melius om
nibus alijs examinat illud de bannito ca-
pto,an poſsit tunc impune occidi a priuato
vigore

vigore ſtatuti permittentis bannitum poſſe impune occidi.

151 Semper in dubijs & obſcuris benignior interpræiatio eſt fienda l.ſemper in obſcuris.de reg.iur.l.arrianus.ff.de act.& oblig.l.abſentem ff.de pen.l.merito ff.pro ſoc.cum infinitis ſimilibus.de quo ego late locutus ſum adducẽdo forte cẽtum doctrinas & pulchra dicta in repe.mea l.fin.C. de proba.in 50.char.Sed ſcias quod iſta regula non habet locum vbi agitur de vtilitate anime, quia tali caſu melius eſt præſumere delictũ quam non delic.ita ſing. dixit Pet.de Anc.in conſi.ſuo clxxix.incip. prima facie. vbi conſuluit, aliquis in teſtamento confeſſus eſt ſe eſſe vſurarium,vtrum iſta cõfeſſio referatur ad totum tempus prẹteritę vite,vel ad quantum adeo ꝙ poſſit agi contra heredem vt reſtituat.& concludit ꝙ refertur ad totum tempus vite cũ agatur de ſalute animarum,vnde ceſſat d.l.merito. & alia iura allegata,quia in foro anime timenda eſt culpa,etiam vbi culpa non eſt c. conſilium. de obſer.ieiu.& iſtud dictum pro valde no.allegat & ſequitur do.Fely.in c.dudum in v. col.in prin.de præſump.vbi pro hoc etiam allegat Innoc.in c.ad audientiam de homi. vbi dicit quod in foro anime debet quis in dubio præſumere ſe irregularem & allegat c.illud de cle.excom.mi.& glo.in c.conſulti.de regu.& illud dictum etiam refert & ſequitur do.Fely.in c.auditis.in antepen.col, de præſcrip.vbi ipſe ibi per duas colũ. ponit multa circa materiã dictę regule,ꝙ ſemper in dubijs &c.Et vide Cazalu.in repeti. l.admonẽdi in xix.char.in iij.col.verſi. qui nimo ff.de iureiur.& Bal.in c.j.in princ. in vj.col.circa prin.quib.cau.feu.amit.

152 Succũbens in cauſa habet x. dies ad appellãdum auth.hodie C.de appel. & in corpore,vnde ſumitur alias non appellando intra decem dies a tempore ſententie ipſa ſententia tranſit in rem iudicatam, vt in dictis iuribus habetur.Scias tamen vnum,ꝙ ſi aliquis agendo principaliter de nullitate dicit ſentẽtiam nullam & probabili ratione hoc facit,quod interim ei non currit tempus appellandi,ita multum not.dixit Bal.in l.contra maiores circa fin.C.de inoff. teſta.quod dictum pro valde not. & eleganti refert & ſequitur Ang.in l.paulus in.§.hæres rogatus in fi.j.col,ff.de vſur.& vide quæ dixi ſupra in ſing.ij.incip.inſtantia cauſe &c.

153 Clauſula ſi præces veritate nitantur, eſt magne importantie de qua per Hoſti.& doc.in c.ex partę el.j.de reſcrip,Bar,in l.a diuo pio.ff.de re iudi.& in l. iuſte poſſidet ff. de acquir.poſ.& in conſi.incipien.miſſus in poſſeſſionẽ per Inno.in c.cum noſtris de cõceſ.preben.per glo.& doc.in l.item quia ff. de pac.per Bal.in l.præſcriptione C.ſi contra ius vel vti.pub.per Hoſt. in ſum.in tit. de reſcrip.§.quod iuriſdictio, conferat, per Ang.in.§.ſed quod principi inſti.de iur.natu.in prin.vlti.col.Et in materia huius clauſule tene menti vnum ſing.verbum, videlicet ꝙ ſi papa mandat fieri certum quid ſub pœna excommunicationis late ſententie,& illud non fiat,non incurritur excommunicatio non obediẽdo,ſi narrata non ſunt vera.quia iſta conditio ſi prẹces veritate nitatur.quæ ſub intelligitur ſuſpendit excõmunicationem ante eius verificationem. iuxta not.in c.præterea de appel.ita ſingula.& egregie dixit Pe.de Anc.in conſi.ſuo ccxlj. incip.per prædicta &c.ad fi.quod dictũ refert & ſequitur pro valde no.d.Fely.in c.fi. in x.colũ.poſt med. de præſump.& in.c.ex parte in prin.v.col.de reſcrip.

154 Cuilibet licitum eſt parietem vel domũ ſuam tollere ſeu altiare vſque ad celum, vt habetur in l.altius C.de ſeruit.& aqua,& in l.fi.ff.de ſerui.& in l. fi.§.pe.ff. quod vi aut clam.& in l.cum eo.cum ſimi.ff.de ſerui.vrba.præd.Tamen limita hoc tribus modis, primo per caſum notabilem in l.fi.§.fin.C. de ſer.vrb.præd.Secundo limita ꝙ non licet altiare domum ſeu parietem quãdo præiudicaretur vſufructuario vicino.Ita not.dixit Angel.in l.ſi is qui.ff.de vſufr. vbi dicit hoc eſſe notandum contra illos qui locant domos vel vſumfructum earum cõcedunt vt nõ poſſint poſtea altius tollere edes ſuas per quas auferatur lumen domorum locatarum,quod dicit ibi Ang.eſſe no. quia quotidianum. Tertio limita niſi quis velit altiare edes ſuas vel parietem principaliter animo & intentione nocendi & non alia neceſſitate ductus,quia tunc non poteſt.ita no.dixit Ludo.Ro.in conſi.ſuo lij.incip. in quæſtione circa fi.allegat l.j.§.deniq; ff.de aqua plu.arc.& idẽ apertius firmat Pau.de Caſt. in d.l.de ſerui.vrb.præd.vbi dixit ꝙ cõſul-
* tus ita de facto reſpondit. (Vide Alexã. in conſi.ix.inci.conſyderatis in vj.vo.per totum.) Et pro hoc faciunt optime dicta per Saly.poſt Bal.in d.l.altius vbi dixit ꝙ etiã in proprio pariete quis non poteſt facere feneſtram ad emulationem alterius, puta vt inſpiciat religioſos,vel religioſas, vel vxorem,vel filiam vicini,ſecus autem ſi cõcurreret vtilitas ſua,quia tunc poſſet,licet tunc

vicinus damnum pateretur ita dicunt doct.
in dictis locis.tene menti prędicta,quia quo
tidiana,& alias dum fui in offi. pluries iudi
caui ſuper huiuſmodi feneſtris vel muris
fiendis vel non fiendis inter vicinos rixo-
ſos & nequiſſimos.quia ſepius proſequũtur
ſe capitali odio.vt docet experientia.

155 Doctrina ac cõcluſio communis doctorũ
ꝙ poſt cõcluſum in cauſa vſq; ad ſententiã
iudex poteſt interrogare partes ad clarificã
da dubia circa merita cauſe ẽt ſi procedat
ad vtilitatẽ priuatã,de quo habetur per do
cto.in c.paſtoralis de cauſa poſ. & ꝓprie.ꝑ
Bar.in l. ſi quid ex pamphila.in fi.ff.de leg.
ij.in l.j.C.de ſenten.quæ pro eo ꝙ inter.per
Bal.in c.eam te.in iij.col.de reſcrip. & in c.
ex parte in iiij.col.eo.ti.& in c.cum clamor
vbi per doct.de teſtib.& in l.ij.C.de reſcin.
vẽd.& in l.tranſigere in iiij.col.C. de trãſa-
ctio.& in l.præsbyteri in ij.colũ.de epiſ.&
cle.& in c.cum Ioannes.vbi bonus tex.ex-
tra de fi.inſtru.& in pluribus alijs locis quę
non refero breuitatis cauſa. Limitatur &
reſtringitur ſing.per Inno.procedere & ha
bere locum dũmodo iudex ipſe interroget
circa dubia eorum quæ acta ſunt ante con-
cluſionem in cauſa,ſecus autem ſi vellet de
alijs quærere vel interrogare quia nõ poſ-
ſet,ſecundum Inno.in d.c. cũ Ioãnes. quod
eſt multũ no.quod dictũ dicit ibi do.Card,
eſſe incognitũ ſeu ignotũ & ꝙ ipſe ſepe vi-
dit hoc dictum ignorari inter eos qui repu
tabantur peritiſſimi in iure.ideo eſt ſignan-
dum ſecundum ipſum.& iſtud dictũ cõme-
morat d.Fely.in d.c.cũ Ioannes.referẽs prę
dicta verba do.Card.ſubdens ꝙ ita ẽt dixit
Spe.in ti.depoſi.§.iiij.ver.ſed ſi ante & Bal.
in l.per hanc circa prin.C.de tẽp. appel. &
Pet.de Anch.dicens ſe ita conſuluiſſe in c.
j.in j.col.de cõfeſ.in vj.& Lud.Ro.in l.iiij.
§.hoc autẽ iudiciũ in vlti.col.ff.de dam. in
fec.& Domini. in c.ij.in vlti.col.de reſti.in
integ.lib.vj.& Spe.in ti.de teſte.§. ſatis.vti
liter verſic.Quid ergo ſi peto.& dicit ꝙ ita
cõſuluit d.Cardi.conſi.lxxiiij.incip.Tuius
& alia ibi adducit ad propoſitum not. quæ
* videas per te.(Vide tamen do.Alex.in d.l.
iiij.in d.§.hoc autẽ iudiciũ in iij.col. in ver.
tertio adducit ff.de dam.infec.vbi tenet ex
preſſe contrarium.)

165. Nemo prudens eſt qui neſciat ꝙ ad vali-
ditatem teſtamenti requiruntur ſeptem te-
ſtes,vulgata l.hac conſultiſſima in princ.C.
de teſta.inſti.eo.§.j.l.fi.in ti.C.de codicil.hẽ
in l.hæredes palam in §.pe.ff.de teſta. cum
ſimi.Tene tamen menti perpetuo ꝙ eſt da-
re caſum quo ſufficit probare teſtamentum
per duos teſtes. Nam licet regulariter te-
ſtamentum debeat probari per ſeptem te-
ſtes, vt dixi, tamen ſi ipſa ſcriptura teſtamẽ
ti facta fuit coram ſeptem teſtibus, & eſt
deperdita, ſufficiet hoc caſu probare per
duos teſtes caſum amiſſionis illius ſcriptu-
re & continẽtiam ipſius, ad hoc vt dicatur
eſſe plene probatum teſtamentum.Ita ſingu
lariter dixit Bal.per illum tex.in l. teſtiũ in
ij.colum.C. de teſti. quod eſt menti tenen-
dum ſecundum eum ibi.quod dictum ſequi
tur ibi Salyce. & illud refert & approbat
Ludo.Ro.in l.ij.C.de bono.poſſeſ.ſecundũ
tabu.& Raph.cuma.in d.l. hæredes palam
in prin.vbi dicit hoc dictum eſſe menti te-
nendum.de quo dicto etiam facit feſtum d.
Bapti. de S. Seueri.in repeti.ſua l. admonẽ
di in xliiij.col.in fi.ff.de iureiur.& d.Alex.
in d.l.ij.C. de bo.poſſeſ. ſecundum tab.vbi
plura bona dicta pro hoc dicto Bal.adducit
& idem do.Alex.in l. ſi vnus poſt princ.C.
de teſta.& in l.ij.§.diuus ff.de iur.fiſci.Pro
quo dicto optime faciunt dicta per Bald.in
l.j.§.fin.C.de cadu.tol.vbi dixit ꝙ perdito
volumine ſtatutorũ poteſt eorum tenor pro
bari per teſtes, quæ probatio eſt quoddam
notorium,quod dictum refert & ſequitur d.
Fely.in rub.de conſti.in ij.col.& faciunt di
cta per Bal.in capit.primo.§.ſacramentũ in
iij.colum.in fi.de conſue.rec.feu.& per eũ-
dem in c.j.§.ſi enim domino in prin.quid ſit
inueſti.& per eundem in c.j.in vlti. colum.
quot teſtes ſint neceſſarij.& per.Bal.in l. cõ
parationes ver.iij.not.C.de fi.inſtru. & per
domi.Alexand. in conſilio xlvij. in fin. pe-
nulti.colum. incip. abunde in ij. parte con
ſil.& in eo.volu.cõſi.cxcv.incip. viſo teſta
mento in ij. col.

157 Volo te docere ſingulare verbum & vti
lem doctrinam puram in materia probatio
num in quo tempore iuuentutis meæ dum
eram ſcholaris allegaui in voce & in ſcri-
ptis,poſtea doctor bis conſului & obtinui.
Sepenumero vigent in ciuitatibus ſtatuta
prohibẽtia probationem fieri in aliquibus
caſibus niſi per publicum inſtrumentũ, ta-
men etiam hoc caſu poterit fieri probatio
per teſtes non obſtante tali ſtatuto, nã hoc
loco inſtrumenti publici poterit fieri pro-
batio per quinque teſtes erit plena & vali-
da.iſtud fuit ſingu.dictum Cyn. in l. optimã
C.de contrahen.& commit.ſtip.alleg. text.
in l.teſtium C.de teſti.idem dixit d.Abb.re
ferens Cy.in d.l.optimam in c. ſicut cõſue-
tudo extra de proba.& in c.cum Ioan.in te

collectis Parmenſibus de fi.inſtru. quod dictum etiam commemorat d. Fely. in d. c.ſicut conſuetudo in v.colũ. de quo ẽt dixi in conſi.meo xliiij.quod inci.in cã præſenti in ij.char.poſt me.vbi videas.Et vide d.Fely. in c.ſi quando in x.colũ.in prin. de reſcrip. Quod dictum nõ tradas obliuioni, quia no. & lucroſum eſt,& ego cum habui in facto dum aſſiderem in ciuitate Albigane in partibus Iauuenſium.

158 Hodie cõiter in obligationibus apponitur conſtitutũ ſeu præcarium.nam debitor dicit ꝙ obſeruatione cõtentorũ in tali obligatione vel inſtrumẽto conſtituit ſe nomine creditoris omnia bona ſua poſſidere,iuxta l.quod meo l.interdum cum ſeq.ff.de acquir.poſ.quæ appoſitio conſtituti ſeu præcarij eſt maximi effectus.nam tũc ſi ipſe debitor alienat aliqua bona poteſt creditor iã quam poſſeſſione priuatus agere cõtra poſſeſſorem nulla facta excuſſione cõtra debitorem & poteſt agere conditione l.fi.C. de acqui.poſ.& fortius ẽt non excuſſis alijs ſi plures eſſent ad eundem debitũ obligati,ſecundũ Iac.But.in auth.hoc ſi debitor in fin. verbis C.de pigno.quod etiam voluit Ang. in l.exitus controuerſie.& ibi Raph. & Io. de Imo.ff.de acquir.poſ.idem firmat domi. Alex.ibi circa fi.dicens ꝙ hoc etiam voluit Iac.But.in l.fi.cum auth.ibi poſita C.de act. & obli.& Pet.de Anch.ibi in ſuis reportatis & Ang.in d.l.fi.C.de acquir.poſ.& Bal. in l.j.C.de reuo.his quæ in frau.cre.vbi dicit hoc eſſe verum quando intentatur cõditio d.l.fi.ſecus ſi agetur hypothecaria.idem voluit Ang.in l.ij.§.hac actione el.ij.in fi.ff. vi bo.rap.& Bal.in l.j.in fi.in reportatis antiquis ff.pro ſoc.Ita reſidet do.Alex. in d.l. exitus ſed vltra eum dicas ꝙ idẽ voluit do. Flo.in d.authen.hoc ſi debitor & Angel.de Are.in.§.itẽ ſi quis in fraudem in vj.colũ.in fi.ver.adde prędictis inſti.de act.quę omnia perpetuo teneas menti, quia ſepe & ſepius occurrunt in facto.

159 Obligatio fideiuſſoria tranſit in hæredes l.iiij.ff.de fideiuſ.l.fideiuſſoris C. eod. inſti. eo.§. fideiuſſor hr̃ in l. ex contractibus. & in l.ex depoſiti.ff.de act.& oblig.cum ſimi. Scias tamen & teneas menti ꝙ hoc fallit in fideiuſſione facta pro maleficio.nam talis fideiuſſio extinguitur morte fideiuſſoris & non tranſit ad hæredes.ita dixit gl. multum ſingularis inſti. de fideiuſ.in d.§. fideiuſſor. quã glo.ibi ſumme no.& exclamat Angel.de Are.ſubdens hoc eſſe verũ & procedere qñ fideiuſſit ſimpliciter pro furto, vel alio delicto,ſecus ſi promiſiſſet penã centũ,licet dicatur pro furto,quia tunc talis penalis ſtipulatio tranſit contra heredẽ & contra hereditatẽ iacentẽ quando fuit pura obligatio vel in diem,vt l.ad diem ff. de verb. oblig. & ibi Bar.Ang.& Imo.ſecus ſi ſit ſub conditione & ſic nullam ſubſiſtentiam incipit habere contra defunctũ. de quo ibi latius

* per Ang.quem vide(Vide infra in ſingula. 304.incip.animaduertant &c.

160 Pater & filius cẽſentur vna & eadẽ perſona l.cum ſcimus ad fi.C. de agri. & cenſi. lib.x.& in.§.authoritate xxv.q.iij. cum ſi. pro quo faciunt quæ habentur in l. iſti quidem ff.quod met.cau.Et ideo conſuluit do. Maria.Soci.in conſil.liij. incip. Magnifice capitanee &c. ꝙ non dr̃ quis liber relaxatus de carceribus quando cogitur filium re-

* linquere in carceribus ꝓ obſide.(Vide do. Philip.Dec.in conſi.ccxix.incip.viſo puncto in iij.col.in fi.& in conſi.cclxij.in cauſa in ii. col.ad fi.) & dixit Lud.ro.not.verbũ in l.j.ff.in ius vocan.vt eant &c.ꝙ vbi etiã electa eſt induſtria perſone poteſt quis ſeruire per filium.alleg.text. in l.ſciendum.§. legati.ff.de lega.Et dicit ſing.Inno. in c. cũ locum in prin.extra de ſpon. quod ſi patri ſit violentia corporalis,& filius aliquid fecit vt liberaret patrem ꝙ ille actus dicitur factus per metum,ac ſi illata fuiſſet filio,& dixit ſing.Bal.in l.ea lege in viij.colũ.C.de condi.ob cau.ꝙ prohibitus alienare in potentiorem.poteſt alienare in filium quãuis potentiorem,alleg.gloſ.in l.ſi ita quis .§.ea lege ff.de verbo.oblig.& dixit not.Albert. de roſa.in l.eum qui probabilem C.de epiſ. & cler.per illum tex.ꝙ ſi filius verberat patrem,& ſi pater ſtuprat filiam,nec ille filius nec ille pater præſumitur.Et adeo eſt verũ hoc ꝙ pater & filius cenſeantur vna & eãdem perſona ꝙ ſicut non valet cõfeſſio facta metu tormentorum ſeu renunciatio facta ob metum torquendi filium,ſecundum docto.poſt glo.in c.afferte de præſump.Itẽ etiam pro iſtis facit optime, nam vaſſallus non tenetur iuuare dominum contra proprium filium,ſecundum Bal.in c.j. de noua for.fideli.& in l.j. in ij.q.ff.de re. diui. & in l.j.§.ne autem C.de cadu.tol. pro quo facit tex.in.§.fin.inſti.de noxa.ibi,quis enim patitur filium ſuum &c. Et pro iſtis etiã optime faciunt alia ad hoc propoſitum adducta per domi. Felyn.in d.c. afferte in j. colum. & per eundem in c.ſi vero in j.col.ver.limita.extra de ſen. excom.Et adde hic Angel. in l.prima.§,ſi pater,el,ij, per illum text.ff.

ad ſylla.vbi dicit ꝙ vaſallus qui non iuuat
patrem domini ſui ille priuatur feudo ſicut
non iuuaſſet dominum ſuum,& adde etiam
hic no.verb.Ange.de Are.in lib.maleſic. in
verbo, & dictus Titius ſe defendendo in
iiij.char.ver.quæro ſicut.& vide Cæpol.in
conſi.lv.incip.Vnus &c.in ij.col. Et vltra
omnia ſupradicta & omnia adducta per d.
Fely.in dictis locis ego adduco no. & ſingu
lare verbum Bal.& And.de Iſer. poſt glo.
in c.j.ī prin.in ſi.verbis qui.mod. feu.coſti.
poteſt vbi dixit ꝙ feudum imp. recep. in-
telligitur receptum pro ſe & filijs ſuis ma-
ſculis,licet in inueſtitura de nullo hærede
ſit facta mētio.Et idem dicit eſſe in emphy
teoſi,quod dicit eſſe notabile & tenendum
cordi,ideo non tradas obliuioni idem dixit
And.de Iſer in c.j. quib.cau.feu. amit.& d.
Alex.in conſi.ſuo xviij.incip. attentis &c.
in ij.col.in v.volu.dixi ego in prælud. feu.
in ij.char.de quo ēt per d.Alex.late in l.quę
rome in.§.duo fratres ff.de verbo.oblig.in
xxxj.col.verſic.Sed circa hoc &c. vbi im-
probat hoc dictū Bal.quo ad emphyteoſim
de quo ibi per eum.Et in hac materia ꝙ pa
ter & filius &c.adde cōtingentiā facti not.
quam refert And.de Iſer.in c.j.§. publici la
trones in ſi.de pace tenen. vbi ponit ſeu re-
fert rem memoratu dignam quam non refe
ro breuitatis cauſa.

161 Emologatio ſeu approbatio laudi appro
batur vt quis non poſſit venire contra ip-
ſum laudum,quia nemo eſt audiendus con-
tra illud l. quod generaliter C. de non nu-
me.pecu.l.licut C.de act.& oblig.cum ſimi.
Scias tamen ꝙ eccleſia poteſt petere reſtitu
tionem in integrum aduerſus laudum enor
miter eam lędens ēt ſi tale laudū fuit emolo
gatum & etiam elapſo quadriennio,& etiā
ſi prædeceſſor prælati iurauerit in compro-
miſſo non contrauenire laudo. Ita ſing.con
cludit Ludo.Ro.in conſi.ſuo ccclix.incipi.
circa primū propoſite cōſul.in vj.col.quod
dictū pro valde not. refert & ſequitur do.
Felyn.in capitu.placuit in vij.colum. extra
de preſcrip. pro quo allegat alia de quibus
ibi per eum.

162 Tu ſcis ꝙ ſi debitor legat creditori con-
funditur actio quia intelligitur legaſſe ani-
mo cōpēſandi,vt hr̄ in l.licet C.ad l. fal.&
in l.cū ſecūdum C.de fideicom.& in l.debi-
tori.C.de pac.cū ſimi.Attā limita hoc ſing.
niſi ipſe debitor legādo creditori dixerit le
go tali creditori meo de bonis meis tm̄ &c.
quia hoc caſu ipſe creditor vltra creditum
ſuū poterit legatū petere nec hoc caſu intel
ligetur factū legatū animo cōpenſandi. Ita
multū egregie dixit Bal.in l.ſi cū dote in.§.
ſi pater in ſi.verbis ff.ſolu.mat.allegās ratio
nē dicēs ꝙ hoc operatur verbum de bonis
meis,quod importat & intelligitur deducto
ere alieno l.ſubſignatū.§.bona ff. de verbo.
ſign.qđ dictū refert & ſequitur d.Fely.in c.
quoniā in iiij.col. circa prin.extra de pſcri.

163 Crimē falſi eſt crimen enorme & aliqua
habet vltra alia crimina,ideo dixit Bald.in
l.lucius in ſi.ff.ad turpil.qđ in generali ſer-
mone remiſſionis delictorū nunquā cōpre-
henditur crimē falſi.idē dixit Pet.de Anch.
in repeti.c.j.in xxxix.char.ver.vnde ſi ſta-
tuto.de conſti.& Ang.in diſputa.ſua incip.
exorta guerra &c.Et dixit Ang.de Are.in
tract.maleſic.in verbo,falſario,in ver.Et te
ne mēti tu iudex inquirēs ꝙ licet regulari-
ter in accuſatione vel inquiſitione delicto-
rū debeat apponi locus & tēpus cōmiſſi de
licti,tñ hoc fallit in crimine falſi,quia in eo
nō requiritur apponi nec locus nec tempus
allegat ad hoc glo.in inſti.de publi.iudi.cir
ca prin.& Bal.in c.j.circa princ.quib.modi.
feu.amit.& idē dixit ipſe Ang.in d.trac.ma
leſi.in ver.in platea cōmunis in prin. Et vi
de not.verba Pau.de Caſt.in cōſi.ſuo clj.in
cip.Videtur dicendū poſt prin.& dicta per
d.Ioā.Bapti.de Cazal.in repeti.l.oēs popu-
li in cxj.col.verſi.quinto ſit ſtatutū de iuſti.
& iur. & vide omnino quæ dixi in l.j.§.ſi
ſeruus verſi. vltimo pro prędictis &c.ff. de
quæſtio.Et teneas menti ꝙ licet cōfirmatio
operetur ſupplementū defectus exiſtētis in
cōfirmato,vt hr̄ in c. quoties extra de pac.
& in c.j.de tranſac.& late per Old.in cōſi.
ſuo cclvij.inci.Factū tale eſt &c.in iiij. col.
& dixi ſupra in ſingu.79.incip. Confirma-
tio &c. tñ qñ illud quod confirmatur puta
priuilegiū reperitur falſum tūc cōfirmatio
facta cū quacūq; clauſula vel ex certa ſcien
tia vel motu proprio vel alio modo nō pro
deſt & nihil operatur ita ſing.dixit Abb.in
c.inter dilectos de fi.inſtru.& ibi do.Felyn.
poſt eū in v.col.quod eſt ſing.notandū,quia
pōt ſeruire ad multa,& iſtud ēt eſt de mēte
Inno.Io.And.d.Card.& d.Ant.in d.c. inter
dilectos & vide quæ dixi ſupra in d. ſingu.
lxxix. in fin.

154 Nemo debet ſe ſubmittere tormētis vel
carceribus vt hr̄ in l.iij.C.ad leg.iul.maieſt.
& in l.ſi.C.de accu.imo ſi vellet qs ſpōte ſe
ſubmittere tormētis non poſſet, quia nemo
eſt dn̄s mēbrorum ſuorū l.liber homo ff. ad
l.aquil.Et ideo tene ꝑpetuo mēti vnū ꝙ li-
cet per ſimplicē ſcientiā quis incidat in cri

mine leſe maieſtatis,vt in l. quiſquis ver.ſi. C.ad l.iul.maieſt.& ibi doct.& Bartol.in l. vtrũ ff.ad leg. pompe. de parricid. tñ iſtud eſt verũ qñ talis ſcientia eſſet probabilis, ſecus aũt ſi eſſet improbabilis, quia tũc quis non cadit in crimẽ leſe maieſtatis per ſimplicẽ ſcientiã ſine reuelatione.Ita ſing.dixit Bal.in cõſi.ſuo incip.quanquã allegata ſint multa,per plures rõnes & maxime per illã videlicet ꝙ nemo debet ſe ſubmittere tormẽtis vel ſupplicijs.Ad quid.n.tenetur quis reuelare qđ probare nõ poteſt,qui.n.ſolum audit & non reuelat,quia probare nõ põt, immunis eſt a delicto, vt hr̃ in l. noſtris C. de calũ.& iſtud dictũ Bal.refert & ſequitur Angel.de Are.in lib.maleſic.in verbo,Che hai tradita la tua patria.in ij.char. verſi. qđ crimẽ &c.vbi dicit qđ Bal.ex hoc infert ꝙ aſſeſſores ſequẽtes Bar.in d.l.vtrũ. & occidẽs homines ſolummodo quia nõ reuelãt ſecretũ nõ probabile oẽs ſunt homicide,quia viſus vidit,velit nolit auris audit, quia ſenſus corporis & primi motus nõ ſunt in poteſtate hominis,vt dicit glo.in l.j.§.ius naturale in verbo,coniugatio ff.de iuſti. & iur. & illud dictum Bald.etiã refert & ſequitur Ioan.de Ana. in rub.de his qui fil. occid.de quo ẽt per Ang.de Are.inſti.de publi. iud. in.§.publica.in fi.Et propter hoc ipſe Bal. in d.conſi.deplorat memoriã fideliſſimi militis domini Donati de Barbadoris qui ob hanc cauſam cum aliquibus alijs fuit decapitatus.& ſubdit ibi Bald. ꝙ anima Bar.eſt ſepulta in infernũ propter illud dictũ ſuũ. & dicit Ang.ibi ꝙ hoc refert Ioã.de platea doctor Bonoñ.inſti.de publi.iudi.§.publica aũt pro quo facit ſecũdũ eũ c.quia plerunq; ij.q.vij.Tu autẽ vltra Ang.adde ꝙ illud dictũ Bal.refert & ſequitur do.Fely.in c.decetero in vlti.col.de re iudi. & pro illo dicto Bal.cõtra Bar.eſt tex.& glo.quem ad hoc ego ſolus allego in cle.volẽtes in.§. notarij
* in ver.ea probare valeant &c. (& ibi glo. tenet hanc partem.& idem tenet glo.in c.ſi quis papa ſuperſtite lxxix.diſt.& vide Floria.in l.quoties ff.ad l.aquil.vbi limitat hãc doctrinam.) de hæreti. ex quo tex. colligit ibi do.Cardi.ꝙ qui non poteſt probare non tenetur nunciare licet d.Aug.de Ari.in ſuis addi.ad Ang.vbi ſupra ſequatur opi.Barto. in d.l.vtrũ dicẽs ꝙ idẽ dixit ipſe Bar. in l.j. §.occiſorũ ff.ad ſylla.& ibi Ange. & Abb. in c.j.de reſti.ſpo.ſed Lud.Ro.in d.§.occiſorũ dicit ꝙ contra Bar. & ſequaces cõſuluit Bal.Florentie & obtinuit licet Angel. in d. verbo,Che hai tradita la tua patria.dicat ꝙ opi.Bar.ſeruatur in practica quod mihi vr̃ durum & iniquiſſimum propter rationes Bal.& quia ſecũdũ opi.Bar.& ſequaciũ innocẽtes punirentur ex defectu probationũ quod remotũ eſt ab omni iuſtitia & equitate,& in hãc partẽ,& ſic pro opi.Bal. cõcurrit Ang.in l.frater.ff.ad leg.pompe.de parrici.vbi dicit ꝙ fuerunt decapitati plures ciues qui nõ reuelauerunt tractatum quẽ ſolũmodo ſciebãt & nõ fuerunt participes,& dicit ꝙ hoc fuit male factũ & inique, quia iura hoc non patiuntur.de quo ẽt per d.Fely.late in c.quante de ſen.excõ.& in c.ij.extra de hæreti.& ſubdit Ang.in d.l.frater.ꝙ pœna capitis eſt ſolũ qñ fieret tractatus cõtra principẽ & papam, & ſic cõtra eccleſiã
* vel imperiũ.(Vide Alex.in conſi.xiij.inci. cõſyderatis his in j.col.in vj.volu.)Et idem latius dixit d. Nellus in tracta.)bannitorum ĩ j.parte ſecũdi tẽporis q.xvj.inci.viſis &c. vide tñ Card.Alex.in c.j.in j.col.que ſint rega.in vſib.feu.& idem dixit Angel.de Are. inſti.de hæred. quæ ab inteſt.deſe.in §.interdum poſt prin.licet contrariũ dicat Pau. de Caſt.in l. nemo in ij.col.C.de epiſc. aud. Subdit etiam Ang.vbi ſupra ꝙ vnus forenſis qui nõ eſt de populo & ſic ius populi nõ debet tueri licet ſciat conſpirationẽ & non reuelet non debet puniri.& dicit ꝙ hoc tenet glo.in d.l.vtrũ in verbo, conſcios ad q̃ ẽt vide d.Aug.de Ari.in dictis ſuis addi.vbi ponit prædictas & tenet opi.Bar.& dicit ꝙ alias fecit vnũ potentem dñm decapitari de quo forte,vt puto,anima ſua paſſa eſt & patietur detrimẽtũ & afflictionẽ apud inferos in eterna ſecula.Et hic ẽt adde Bal.in cõſil. ſuo xxxiiij.inci.Caſus talis eſt, Guido &c. in fi.in iij.vol.& in conſil. ibi ſeq.vbi dicit ꝙ coniunctio ſanguinis aliqualiter excuſat cõſanguineũ ſi non accuſauit conſanguineũ de crimine leſe maie.Et plura ad excuſandũ cõſanguineũ aliquid facientẽ pro cõſanguineo,vide per d.Fely.in c.cũ quidã in pe. & vlti. col. de iureiur.& per Bar. in l.fi. in fi.ff. de hære.inſti.

165 Scriptũ eſt in c.ſunt qui dicunt xxvij.q. ij.& in c.an quod.& in c.pen.xxxiij.q.ij.& in c.inter corporalia de transla. epiſ. Quos Deus coniunxit homo nõ ſeparet,matrimoniũ enim perfectũ non poteſt ẽt a papa dirimi & ſeparari,quia papa nõ habet aliquam poteſtatẽ ſuper tali matrimonio,ſecũdũ Archi.in c.qua propter xxvij.q.ij.& Bal.in l. deo nobis in iij.col.ver.vlterius not.C. de epiſ.& cle.Licet ex maxima & vrgentiſſima cauſa poſſet ſuper matrimonio tam con

ſummato diſponere de plenitudine poteſtatis, ſecundũ Io. And. in regula, actus legitimi de reg. iur. in mercuria. & Bal. in l. ſi tibi filius ff. de adop. (Vide d. Philip. Dec. in cõſi. cxij. inci. In præſenti conſultatio. quaſi ꝑ totum.) & per Pe. de Anch. late in cõſi. ſuo ccclxxiiij. incip. reuocatur in dubiũ. & per d. Fely. in c. quæ in eccleſiarum in v. col. de conſti. vbi loquendo remiſſiue plures alios ad hoc alleg. Teneas tamen menti ꝙ ſi vir duxit ſcienter vxorem non cognoſcibilem licet non debeant ſeparari, tamen ſi epiſcopus qui ſatis eſt inferior papa videt eum ſuſpectum de incontinentia debet prouidere vt contrahat cum alia & primam tenebitur alere. Ita dixit Abb. in c. conſultationi. de frigi. & malefi. quod dictũ refert & ſequitur do. Fely. in c. lator. in ij. col. de re iudi. quod eſt mẽti tenendũ, quia ſepe iſta occurrũt in facto, & ego iã ſunt duodecim anni quibus vidi hinc caſum de facto hic Bononiæ.

166 Inconſtãtia reprobatur in qualibet perſona, & maxime in principibus. epiſtola inter claras C. de ſum. tri. & ſi. cath. & habetur in l. j. de conſti. pecu. & in c. j. de pac. cum ſi. & ideo dixit d. Cardi. in conſi. ſuo cxlvij. inci. Dominus papa, ꝙ ſi papa reuocat omnes ſuas conceſſiones non intelligitur reuocare a ſe initas per viam contractus. Et dixit idẽ Card. in conſi. cxlj. inci. punctus &c. ſanctiſſimus dominus noſter, quod reſcriptiũ contrarium primo non nocet geſtis iam legitime vigore primi. & dixit ſing. Bal. in conſi. ſuo vlti. in j. vol. in v. col. ꝙ varietas ſeu vacillatio eſt legibus inimica & doli mali materia, vnde maxime cõuenit regibus & imperatoribus illud verbũ, Semel locutus eſt Deus, & iterũ, Quod ſcripſi ſcripſi. vnde dicit ꝙ princeps debet habere vnum calamũ & vnam linguam & non plures calamos & plures linguas, quia ſcriptum eſt, Quæ proceſſerunt de labijs meis non faciã irrita. Et ideo debet eſſe immobilis ſicut lapis angularis & ſicut polus in cœlo. Et in materia ẽt tene menti no. verbum dominorum de Rota in antiquis deci. xxix. vbi dicunt ꝙ epiſcopus qui mandauit ꝙ vni conferretur beneficiũ nõ poteſt variare ẽt re integra. quod dictũ pro no. refert & ſequitur d. Fely. in c. cũ olim in iij. col. de re iud. vbi prædicta & alia quãplura ſimilia adducit ad hanc materiam quæ videre poteris.

167 Violentis inuaſor alicuius rei punitur, quia perdit omne ius ſi quod habebat in re & punitur alijs penis, de quibus in l. ſi quis in tantam C. vnde vi. Tene tamen menti ꝙ ſi quis occupat rem ratione præſumptionis iuris quod habet in re nõ ſolum in proprietate ſed etiam in ciuili poſſeſſione excuſatur a dolo & a culpa, & per conſequens a pœna d. l. ſi quis in tãtam C. vnde vi. ita ſingu. dixit Inno. in c. cum in officijs. extra de teſta. quod dictum pro valde no. refert & ſequitur Bal. in auth. licẽtiam in vlt. col. C. de epiſ. & cle. & do. Bartho. Cæpo. in conſilio ſuo iiij. incip. viſa quęrela &c. in fin. verbis Exemplum ponit Bal. in eccleſia dicẽs ꝙ ſi eccleſia occupat poſſeſſionẽ rei quæ re vera pertinet ad hæredẽ prælati ꝙ eccleſia non incidit in aliquã penã, quia ratione pręſumptionis iuris ꝙͥ habet eccleſia pro ſe excuſatur, vt ſupra, idẽ a patitate rationis dici poſſet in priuato quod eſt no. verbum Hippoly. de Marſi. &c.

168 Equalitas ſemper ſeruãda eſt in iudicijs, vt habetur in c. j. de re iudi. in vj. & in l. qui accuſare. C. de eden. & in c. cũ inter. de excep. & in c. nouit de iudi. & iij. q. ix. c. vlt. & iiij. q. iiij. c. ij. & l. non debet ff. de regu. iur. & ff. ꝙ quiſque iur. in rubro & nigro. cũ ſi. Et ideo teneas menti ꝙ ſtãte ſtatuto ꝙ reus non poſſit opponere aliquam exceptionem vel defenſionem cõtra inſtrumẽtũ vel eius executionem, ſi tamẽ actor qui petijt executionem inſtrumẽti non liquidi habuerit aliquam dilationem ad probandum & liquidandũ, tunc durãte tali dilatione poterit ſimiliter reus probare & allegare contra ipſam liquidationẽ & cõcernẽtia illa nõ obſtante dicto ſtatuto. ita multũ ſignanter dixit Bal. in l. ſi cauſam in vlt. colũ. C. de execu. rei iudi. quod dictũ pro valde not. refert & ſequitur do. Ioã. Bapt. de S. Seueri. in repe. l. admonendi in v. char. in iij. col. in ſi. ff. de iureiu. vbi ad hoc ẽt allegat. Barto. ibi & alios. & dicit ꝙ ad hãc doctrinam Bal. ſemper recurritur in palatijs & in foro per cauſidicos, & ideo rogat omnes tenere mẽti hãc doctrinam, quia faciet eam ſciẽtibus ſingularem honorem quia communiter ignoratur ſecũdum eum ibi. (Et illam doctrinam etiam refert & ſequitur do. Philip. Dec. in l. non debet ff. de reg. iur.) Sed tu vltra eum ibi addas Bal. in c. j. in ij. colũ. in ſi. extra de mu. peti. vbi dixit ꝙ ille tex. facit in arg. ꝙ ſi exceptio non poteſt probari per teſtes ex forma ſtatuti, ſimiliter non poterit probari per teſtes actio ſeu replicatio, quia iudex & iudiciũ non debet claudicare ſecundum eũ ibi, ad quæ etiam vide dicta do. Fely. in rubri. de reſcrip. in j. col. circa me. & per eundẽ in c. eccleſia ſancte Marie in xxxiij. colũ.

poſt prin.de cōſti.Itē ad materiā iſtam adde ꝙ ſi captus eſt bannitus cōdemnatus de ali quo delicto qui velit probare tunc ſuā inno centiam ꝙ eo tēpore ēt aduerſarius poterit probare nocētiam ipſius banniti nō obſtan te lapſu tēporis,ita ſingulariter dixit Guido de ſuza.in l.ſeruum quoq; in.§. publice in tereſt.ff.de procur.quem refert & ſequitur Io.And.in addi.Spec.in ti.de accu.in quar ta parte,in.§.fi.in addi.incipiē. ſunt ibi hæc verba in verſi.ſubdit demū.(Vide Iaſ. in l. j.in j.col.ver.adde ad hanc legem C.de iur. & fac.igno.& quæ dixi infra in ſing.389.in cip.tu ſcis &c.& Iaſ.in repeti.l. admonendi in vij col.de iureiu.& Soci.in conſi.cx. in cip.inſignis doctor &c.in fi.in iiij.volu.Pe. de Anch.in repe.c.canonum ſtatuta in cvij. col.verſi.ſubijcio ſimilē quæſtionem.de cō ſti.) Hippolytus de Marſilijs. I. V. D. Bo nonienſis &c.

207 Victus victori debet condemnari in expenſis ſiue loquamur in ciuili,vt in l.qui ſolidum.§.etiam.ff.de leg.ij.& in l.eum quem temere.ff.de iudi.c.finem litibus.de dolo & contu.§.hęc aũt.inſti.de pœ.teme. litig cum ſi,ſiue loquamur in criminalibus, tex.eſt ſecundum vnam lec.in l.fin.C.de fruc.& litis expen.& uoluit gl.in d.c.finem litibus.cum ſimil.de quo dixi latiſsime in repe.mea.l.fi. C.de proba.in xix.q.principali,quod tamẽ fallit ſecũdum doc.in dictis locis niſi victus habuiſſet iuſtam cauſam litigandi,quia tũc debet abſolui ab expenſis.Quod tñ vltimũ limitat᷑ pluribus modis,vt dixi ĩ l.fi.in xix. q.& inter alia limitat᷑ vno modo, videlicet niſi extet ſtatutum in loco iudicij dicens ꝙ victus victori cõdemnetur in expenſis, qa iſto caſu ẽt ſi habuerit iuſtam cãm litigandi condẽnabitur tñ in expenſis.Ita dixit gl.reputata ſingularis in authen.de exhibẽ.reis. in.§.ſancimus, quam ibi ſumme ponderat Ang.& eam etiam ſequitur d.Alex.in conſi.ſuo cclvij.incip.viſo proceſſu.in fi.& do. Fran.de Are.in notabili ſuo cxx.& Ang.in l.non ſolum.ff.de rei ven.& hoc dicunt doctor.procedere vt ſtatutum aliquid operetur vltra ius commune & ei aliquid addat. de quo etiam per Bar.in c.cauſam quæ.de reſcrip.& in conſi.ſuo lv.inci.propoſita mihi.in antepenul.colum.in iij.volu.Et adeo eſt verum quod quando ſtatutum eſt in loco ꝙ victus victori condemnetur ipſo iure in expenſis ꝙ tunc debet condẽnari in expenſis etiam ſi habuerit iuſtam cauſam litigandi,quod etiam hoc caſu iudex non poſſet eum abſoluere ab expenſis, imo ſi eum abſoluat,non valet talis ſententia abſolutoria tanquam ſententia contraria primæ ſententiæ ſtatuti,Ita ſing.dixit.Saly.in l.j.in iij. colum.C.quando prouoca.non eſt neceſſe. vbi dicit ita fuiſſe concluſum Ferrariæ poſt varias allegationes quam doctrinam refert & ſequitur d.Fely.in c.inter monaſterium. in fi.extra de re iudi. quod eſt multum not. cum ſepiſsime in ciuitatibus extet tale ſtatutum. & in hac materia condemnationis expenſarum vide quæ dixi in dicta l.fin.in xix.quæſtio.principali.C.de probatio.& in l.patre vel marito.ff.de quęſtionibus.in quibus locis plura dixi no.digna ĩ materia iſta. & vide ẽt omnino do.Fely.in c.aduerſario tuo.in penul.col.verſi. Ad aliud. de excep.

208 Compenſatio non eſt proprie ſolutio. ſed differt a ſolutione adeo ꝙ ſecũdum magis communem opinio.ille qui iurauit ſoluere non poteſt compenſare, vt eſt text.ſecundum vnam lectu.ibi communiter approbatam per omnes ſcribentes in c.ad noſtrã. el primo de iureiuran.& voluit Ioannes de Imo.in l.ſi hæredi.ff.de condi.& demon. & Mathe.in notabili ſuo liiij.incip.nota ꝙ iuramentum,et Bar.in l.ſtatuliberos.ff.de ſta-

talibe.& Alex.in conſi.ſuo xcj.incip. Viſis actis mihi transmiſsis.in iij.col.in ij.vol.& do.Franc.Are.in conſi.cx.incip.Longitudo verborum.in pe.col.licet Bar. tenuerit contrarium & male in l.amplius non peti. ante fi.ff.rem rat.habe.de quo ibi per ſcribētes. Pro qua opinione facit,nam ſi quis ex iuramento tenetur aliquid facere poteſt præciſe compelli ad faciendum nec liberatur ſoluendo intereſſe, vt volunt ſcribentes in l.ſi pecuniam.ff.de cōdi.ob cau. Et facit etiam quod voluit Bal.in conſi.ſuo xxxiij.incip. Verba inſtrumenti.in fi.in iij.vol.vbi dixit ꝙ pactum de non probanda ſolutione non eſt pactum de non probanda compenſatione,quia ſunt diuerſa licet concurrant in eūdem finem.Scias tñ ꝙ licet per prædicta cōpenſatio non ſit proprie ſolutio, attamen ſepius vim ſolutionis retinet, vnde dixit notanter Bal.in l.filium.in vj.col.verſic.eſt & alia ratio.C.famil.herci.ꝙ ſatis reſtituit qui compenſat.Et dixit Bald.in l.fi.in v.col.C. de eden.ꝙ obijciens cōpenſationem non dicitur proprie excipere.de quibus per Pau. de Caſt.in conſi.ſuo lxvj.incip.quod naues & gorus.& dixit Alex.in conſi.ſuo xij.incipi.Viſo teſtamento ante ſcripto.in pen.col. ꝙ prohibitus opponere exceptionem pōt compenſare etiam ſi iuraſſet non excipere, etiam ſi ſtatutum concederet ſolū exceptionem ſolutionis, allegat quāplura de quibus ibi per eum.& teneas menti no.verbū Ang. in cōſil.ſuo cxxxiij.inci.Quidam Nicolaus. alias incip.Viſis dictis dubijs.in prin.vbi dixit ꝙ ſi ſtatutum prohibet opponi oēm exceptionem contra inſtrm̄ non intelliget de compenſatione,quia illa poterit opponi nō obſtante ſtatuto quod eſt not.quod dictum & quaſi omnia ſupradicta refert & ſequitur do.Fely.in c.ſuborta.in j.col.de re iudi.vbi etiam adducit alia plura examinādo an exceptio compēſationis póſsit opponi in executione ſnīæ. & vltra dicta per eum adde Bal.in conſi.xxxiij.incip.Verba inſtrumēti in fi.vbi dixit ꝙ ſicut ſufficit debitori offerre pecuniam in iudicio. Ita ſufficit ſi in iudicio offerat compenſationem quod eſt nota. alleg.l.iulianus.ff.de condi.& demon.

209 Socius criminis non facit indicium ex eius aſſertione regulariter cōtra ſociū eiuſdem criminis,vt habetur per Cyn.& alios in l.fi.C.de accuſa.& per d.Ant.in c.j.de cōfeſ. & Paul.de Leaza. in c.grauis.extra de depoſi.& per do.Alex.in conſi.ſuo cccxiij. * incip.viſo themate ante ſcripto.(In hac materia ſocij criminis uide Phil,Deci.in conſi. cccxlij.incip.in cauſa.in j.& ij.col.) Aliqua tñ ſunt delicta.de quibus ſocius criminis poteſt interrogari de conſocijs, vt no.Bar.in l. repeti.in.§.his qui.ff.de quæſtio.& d.Alex. in cōnſi.lxix.inci.Viſa facti renunciatione. in fi.in ij.vol.& per Gand.in ſuo not.tracta. maleſi.ſub rub.de quęſtio.& tormen.in iiij. col.verſ.Nunc aūt.de quo late dixi in l.j.§. diuus Antoninus.ff.de quæſtio.& in repeti. mea.l.fi.in lxxx.char.C.de probat. Teneas tamen menti perpetuo & nunquam obliuiſcaris ꝙ in caſibus illis in quibus ſocius criminis poteſt interrogari de cōſocijs tale dictum ſeu diſpoſitio ipſius ſocij criminis nō facit indicium ad torturam contra ſocium criminis niſi contra eum alia ſint indicia.Ita ſingu.dixit Guido de Suza.in tracta.ſuo de tormen.in viij.col.j. ver. ſed quid de quæſtione occurrenti. & idem voluit Saly.in l. fi.in fi.C.de accu.quem refert & ſequit̄ do. Alex.in conſi.ſuo cccxiij.inci.Viſo themate ante ſcripto.in ij.colum.& in conſilio ſuo. cccclxxv.ſecundum ordinem meum incip. Quoniam abunde.circa fin.vbi dicit ꝙ hoc etiam voluit Ioan.de Imo.in c.j.de confeſſ. idem etiam dixit do.Iaſ.in.§.item ſi quis.in v.col.verſi.Duo etiam.inſti.de actio.vbi dicit de hoc eſſe glo.not.in l.ſi quidem.& ibi Bal.C.de excep.vbi ipſe Bal.dixit ꝙ iſtud alibi in iure non habetur.nemo tñ alle.Guido de Suza.in d. loco cuius fuit originalis doctrina. de quo dixi aliquid i d.l.j.§.diuus Antoninus.ff.de quęſtio.tene menti ga,non fallor,eſt verbū honoris & vtilitatis plenū.

210 Iura ſanguinis nullo iure ciuili dirimi poſſunt.l.iura ſanguinis.ff.de reg.iur.& inſtitu.de nup.cum ſi.& ideo iura generaliter prohibita cōionem cum excōicato nō comprehendunt coniunctos ipſi excōicato. tex. eſt in c.qm̄ multos.xj.q.iij.& in c.inter alia. de ſen.excom.& facit tex.in l.fin.ff.de recepta. vbi dicitur ꝙ lex punieus receptātem bannitum nō habet locum in receptante bānitum affinem vel coniunctum, & tex.in l. pe.ff.de poſtu.vbi dicitur ꝙ quis non prohibetur aſſumere aduocationem cōtra rempublicam pro aliquo affine vel cōiuncto,licet pro alijs ſit ſecus,vt habetur in l.ij.C.de aduo.diuer.iudi.& vide no.verbum Ange.in auth.qui.mo.natu. eff.legi.in.§.j.circa me, & adduci poſſent alia plura & plura iura ad hoc propoſitum cumulata,per Lud.Ro. in l.j.in ſus voc.eant vel ſatiſd.& per eundē in repeti.l.ſi vero.§.de viro.in xvij.falle.ff. ſo.ma.& per Fely.in c.cum quidam.in pen. col.de iureiur.quæ hic non tranſcribo bre-

uitatis cauſa. Sed ſolum addo vnũ ſingulare verbum, videlicet, q adeo eſt vera ſupradi cta regula q ſtante ſtatuto q bannitus poſ ſit impune occidi, attamen frater non poterit occidere fratrem bannitum impune prętextu talis ſtatuti. iſta multum ſing. dixit d. Nellus in trac. bannito. in iij. parte ſecundi temporis. in q. iiij. inci. Quæritur duo ciues. vbi refert ita tenuiſſe d. Aegidium in quadã eius diſputa. quod dictum pro valde not. refert & ſequitur d. Barth. Cæpo. in conſi. ſuo v. incip. Caſus talis eſt. in v. col. poſt prin. & etiam idem dixit ipſe d. Nellus in d. tracta. bannito. in ij. parte ſecundi tempo. q. x. quẽ vide. & quem tenuit Dy. in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. liberto. ff. de adulte. vt refert Bar. contrarium tenens in l. minime. ff. de re liq. & ſump. fune. ſed Bar. non loquitur generaliter in omni bannito, ſed in bãnito qui eſt hoſtis ciuitatis, per illum tex. ideo ſecus eſt aliis bannitis. Et ſcias etiam q ſtante ſtatuto q bannitus poſſit impune occidi, q tñ vaſallus non poterit occidere impune dictũ bannitum, ita no. dixit Ang. in l. ſi adulteriũ cum inceſtu. in. §. liberto. ff. de adul. qui etiã ponit quid in patre quo ad filiũ & econtra. * (Vide Iaſ. in repe. l. oẽs populi. in vlt. char. in ij. col. ante fi. ff. de iuſti. & iur.)

211 Teſtes examinati a iudice incompetẽti non faciunt fidem coram competenti, vt habetur in l. iiij. §. idem diuus. ff. de teſtib. & in l. fi. & ibi Bal. & doc. C. de teſti. & in l. pe. in fi. C. de arbi. cum ſi. Quod tñ limitat ſingul. Lud. Ro. niſi teſtes examinandi eſſent in prouincia remota a loco iudicij, & de eorũ abſentia vel minore dubitaretur, nam hoc caſu neceſſitatis ratione & ne probationis copia pereat, arg. l. qm̃. C. de here. poterunt teſtes coram iudice loci vbi ſunt examinati, & facient fidem coram iudice competẽti ſi abſentes fuerint vel mortui, ſi vero viuunt adhuc poterit noua examinatio fieri per iudicem competentem vel per alium de commiſſione ſua, ita no. dixit Lud. Ro. in repe. l. ſi vero. in. §. de viro. in iiij. fallen. ff. ſo. ma. alleg. tex. no. in d. l. fin. C. de teſti. & quæ habentur in l. ij. C. de naufra. lib. xj. & alleg. d. de Rota. & alia de quibus ibi per eũ. & dicit quod ita intelligit Bar. in l. cum his. ff. de tranſa. dum tractat coram quo fieri debeat examinatio teſtium ad perpetuam rei memoriam. & vide do. Fely. in c. frequenter. in vj. col. poſt med. vt lit. non conteſt. & in materia vide etiam quæ dixi in repe. mea. l. fi. C. de probati. in xxxvij. char. in quæſtione illa, videlicet, an teſtes examinati parte nõ citata probẽt, & latius in l. j. in. §. præterea. in ij. col. ff. de qõ. vbi latiſſime locutus ſum de neceſſitate & eius effectu. & vide quę dixi ſupra i ſing. xxiiij. inci. Clarũ eſt in iure.

212 Cõis omnium ſcribentium opinio eſt, q ſi teſtis dicit vnum extra iudicium & aliud in iudicio quod ſtatur dicto ſuo in iudicio ſolenniter facto et cum iuramento. c. j. & ibi per Bald. §. ſi enim dño. quid ſit inueſtitura. gl. & doc. in c. cum cauſam. de teſti. Spec. & Ioan. And. in ti. de teſte. §. j. verſi. quid ſi idẽ teſtis. Bal. & Saly. in l. nullum. C. de teſtibus * Bald. in l. geſta. in ij. col. C. de re iudi. (Vide glo. in c. literas. in verbo, purgauit. extra de præſump. & Barb. in conſi. lxix. incip. Illud referam. in pen. col. in iiij. vol.) de quo late per Alex. in conſi. ſuo lxxiiij. incip. Viſo teſtamento. in xv. colum. in j. vol. & in conſil. ccxxj. incip. Viſa facti narratione. in v. col. in ij. vol. & per Bal. in conſi. ſuo clxj. incip. Licet aſſeſſores. in v. vol. & per Lud. Ro. in conſi. ſuo cv. inci. Cum teſtis. in prin. & per Bar. Ang. & alios in l. eos. ff. de fal. & p Bal. in c. per tuas. in vlt. col. de proba. & per do. do. in aliis locis relatis a do. Alex. in dictis conſiliis. Teneas tñ menti quod dictum teſtis extra iudicium eſt tãti effectus quod qñ tale dictum extra iudiciale eſt factum poſt diſpoſitionem iudicialem q tunc iudex ad ſententiam ſecũdum dictum iudicialiter factum procedere non debet, licet ſi iam eſſet lata ſnia ex hoc nõ poſſet eam reuocare, ita ſing. dixit d. Ant. in c. cum in tua. extra de teſti. quod dictum refert & ſequitur d. Frã. de * Are. in cõſi. ſuo lxxj. inci. (Diligẽter & mature. in iiij. col. in verſi. his tñ non obſtantibus Alex. in conſi. ccclxiiij. inci. In cauſa appellationis. in v. col.) Et in hac materia adde nota. verbum Abba. in c. inquiſitionis. §. tertie. circa med. verſic. & ex hoc poſſet. de accu. vbi dixit q ſi teſtis forte vilis fortune dixit in pręſentia partis potentis aliquid q veniebat in fauorem illius partis ſi poſtea in iudicio iuramento præſtito dicit contrariũ q debet ſtari primo dicto, quia ſatis præſumi poteſt teſtem illud dixiſſe extra iudicium vt placeret parti timens eius potentiam, ſed in iudicio metu iuramẽti dixit veritatem, ſecus vbi talis præſumptio nõ ſubeſſet. quod dicit ibi Abb. fore bene menti tenendum perpetuo.

213 Viam quã quis elegit ſibi patere debet, l. ſi mulier. §. ſi. ff. quod met. cau. l. ſi quis iuſiurandum. C. de reb. cred. c. gratum. de offi. deleg. c. ſolicitudinem. de appel. cum multis vulg. & pro ampliatione huius regule tene

menti duo ſingularia dicta. Primum eſt ꝙ ſi quis petit iuramētum deferri aduerſario caſu quo iudex nolebat eum deferre tamē ex quo pars voluntarie petit tale iuramentum deferri aduerſario non poteſt poſtea reſcindere ſniam ex nouis probationibus ſuperuenientibus. ita no. dixit Guil. de Cun. in l. admonendi. ff. de iureiuran. quod dictum refert & ſequitur Barba. in conſi. ſuo lxiij. incip. Viſo puncto. in iij. col. in iij. volu. Secundum eſt, ꝙ ſi ex pacto licet conductori recedere a contractu poſt menſem quandocūq; voluerit niſi fuerint ſibi ſeruata quædā promiſſa, illud quandocunq; debet intelligi niſi poſt menſem fecerit actum per quem videatur ab illa facultate receſſiſſe, vtputa ſi petierit adimplere ſibi promiſſa. Ita ſing. dixit Salyce. in l. commiſſione. in fi. C. de pac. inter empto. & vendit. quod dictum pro aureo & ſingulari refert & ſequitur do. Fely. in c. ſedes apoſtolica. in xij. colum. de reſcri. in verſicu. faciat &c.

214 Ad validitatem dicti teſtis requirit inter alia iuramētum, l. iuriſiurandi. C. de teſti. c. tuis quæſtionibus. extra eo. & ibi in c. nuper. & in c. item iuriſiurandi. iiij. q. iij. & in * c. hortamur. iij. q. ix. cum ſim. (Vide infra in ſing. ccccxxxiiij. incip. Alias tibi dixi.) Et hoc non ſolum habet locum in teſte producto ab vna parte, ſed habet locum in eo cuius dicto ſtandum eſt de voluntate vtriuſq; partis vel vigore alicuius ſtatuti vel alterius diſpoſitionis. ſecundum Ang. in repe. l. ſi vacantia. in ij. col. C. de bon. vacan. lib. x. vbi ſingulariter dixit, ꝙ licet ex diſpoſitione alicuius ſtatuti ſtari debeat ſimplici verbo nuntij, non ſtabitur niſi primo iurauerit ante eius dictum, alleg. tex. no. in l. theopompus. ff. de dote præleg. quod dicit eſſe vtile ad ſtatutū volens quod ſtetur ſimplici verbo accuſatoris de damno ipſi dato ꝙ ei non creditur niſi primo iuret, alle. l. qui bona. §. qui damni. ff. de dam. infe. & in l. ſi quando. C. vnde vi. quam doctrinam refert & ſequitur do. Maria. in repe. c. qualiter & qñ. el ij. de accuſ. in vij. & ix. q. prin. de quo etiā per do. Fely. in c. ſignificaſti. el j. in fi. de homici. & in c. quia iudicante. in j. col. de præſcrip. * (Vide Socin. in conſi. xc. incip. Viſis. in iiij. col. in iiij. volu. Baueriam in lvj. priuilegio iuramenti.) Pro quibus optime facit tex. in c. j. circa med. extra de frigi. & malefi. coniuncto tex. in c. continebatur. de deſpon. impube. & facit tex. in l. comparationes. circa fi. C. de fide inſtr. & ibi dixit. Pro quibus faciunt dicta per Io. de Ana. in d. c. ſignificaſti. el ij. in vj. col. verſi. Circa ſecundum. de homi. Et faciūt optime dicta per Ang. & Paul. de Caſt. in l. de pupillo. in §. qui opus. ff. de ope. noui nun. vbi dixerunt quod vbi committitur aliquid conſcientiæ alicuius per legem vel per principem, ſi vult cōmiſſarius ꝙ eius ſnia valeat requiritur quod ad eius ſententiam iuret ꝙ ita dictat ſibi conſciētia ſua, alias non eſt ſtandum eius ſniæ, quod dictum refert & ſequitur do. Alex. in cōſi. ſuo ccxvij. quod incip. Viſis verbis dicti &c. in pe. col. ver. ad prædictorum confirmationē. de quo dixi in repe. mea. l. fi. C. de proba. in * xxvj. char. (& vide Alexan. in conſi. lxiiij. incip. Viſo proceſſu. in vj. volu.) Et in materia iſta ſeu iuramēti teſtis, tene menti quod etiam papa non pōt diſpenſare quod teſtis in ferendo teſtimonio in iudicio nō debeat iurare. ita ſingu. dixit Aug. de ancho. in lib. de poteſta. eccle. q. lv. arti. vlti. quia hoc eſt de iure diuino ꝙ teſtis iuret, vt habet Geneſis ij. quod dictum pro ſtupendo & canoniſtis incognito refert & ſequitur do. Fely. in c. conſtitutus. in viij. col. de reſcrip. vbi videas & vide quæ dixi in conſil. meo incipi. Non auferas de ore meo verbum veritatis * domine. in pe. char. (& vide omnino d. Ant. in conſi. ſuo xxj. inci. Viſo &c. in verbo, ad ſecundum, vbi ponit no. verbum.)

215 Validum eſt argumentum de matrimonio carnali ad matrimonium ſpirituale. c. ſicut vir. vij. q. j. c. quæ Chriſto. lvij. q. j. c. inter corporalia. de transla. epiſ. voluit Card. in cle. j. in. §. quem etiam. in iij. q. de conceſ. * præb. (Vide tñ Bertha. in verbo, profeſsio. in xj. verſ. Et ideo dicimus quod qñ mulier ingreditur religionem quod dicit tunc matrimonium contrahi cum eccleſia ſeu cum * Chriſto. d. c. quæ Chriſto. cum ſimi. (Vide in hac materia matrimonij ſupra in ſing. cxlvij. incip. Filius præſens &c. & infra in ſingula. cccxlvij. incip. Matrimonium.) Et pro hac parte quod a pari procedat matrimonium carnale & ſpirituale optime facit illa deciſio doctorum volentium quod ſi teſtator in teſtamento ſuo reliquit filiæ mille ſi nupſerit, & ſex centum ſi religionem intrauerit, ꝙ ſi ipſa filia intrauerit religionem tñ debebit habere mille ac ſi matrimoniū carnale contraxiſſet, vt voluit Io. And. in addi. Spe. in ti. de ſtatu mona. ſub rubr. & d. An. & alij in c. in præſentia. de proba. in xx. colum. & Bal. in l. ij. vbi vide Soci. ff. de his quæ pene no. & Lud. Ro. in l. ſtipulatio hoc modo cōcepta. in vij. col. verſic. venio ad idem. ff. de verb. obli. & Abb. in repe. c. eccleſia ſanctæ

Mariæ.in xxxj.col.de cõſti.& Alb.de Ro.
in j.parte ſtatu.q.cv.& q.ſeq.& Bal.in d.c.
j.in præſentia.in vj.col.verſic.ſed quid ſi te
ſtitor.& Math.in not.ſuo iij.quod inci.no.
* quod ſi teſtator. (& Iaſ.late in authẽ.ſi qua
mulier.in ij.& iij.col.C.de ſacroſan.eccle.)
& volunt alij plures doc.quos retuli.in re-
pe.mea rub.ff.de fideiuſſ.in xx.col.vbi po-
ſui hanc q.& teneas mẽti quod adeo eſt ve
rum ꝙ validum eſt arg.de matrimonio car-
nali ad matrimonium ſpirituale, ꝙ ſtatutũ
puniens aliqua pœna cognoſcentem mulie-
rem nuptã haberet locũ in cognoſcente mo
nialem.Ita dixit quidã d.Dionyſius de Pe-
ru.in conſi.ſuo xx.incip.& ſi doctrina cecũ
illuminet.quem refert & ſequitur d.Maria.
Socin.in d.c.qualiter & qñ.el ij.q.viij.arti.
pe.quos refert & ſequitur d.Fely.in c.nõ ſa
tis.de ſimo.licet iſtud dictum reprobet ipſe
do.Fely.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.de con-
ſti.in xxxj.col.Attamen opi.d.Maria.videt̃
cõmunior & fauorabilior eccleſijs & perſo
nis eccleſiaſticis ac iuri diuino, quam opi.ẽt
firmat Bal.in c.cauſam matrimonij. in vlti.
col.de probat.tene eam menti,quia eſt not,
verbum. Adde tñ quod tale argumentũ de
matrimonio carnali ad matrimonium ſpiri
tuale non procederet vbi eſſet damnoſum
vel contrarium eccleſiæ,per doctrinã Bald.
in l.deo nobis.C.de epiſ.& cleri.Vbi dixit
ꝙ ſi maritus relinquit vxorẽ ſuam dominã
maſſariam & vſufructuariam donec caſte et
honeſte vixerit & vitam vidualem ſerua-
uerit ſi ingrediatur monaſterium nõ perdit
legatum,& tunc ceſſat dictum arg.de matri
mo.carna.ad ſpiritua.quia eſſet cõtra eccle
ſiam.quod dictum pro ſingulari refert & ap
probat d.Fran.de Cre.in nota.ſuo cxlij.in-
cip.Maritus reliquit.& dixit iſtud dictũ for
te non eſſe alibi.Et ad ſupradictam materiã
de matrimonio carnali & ſpirituali facit in
arg.gl.in c.aut facta.in verbo, parentem.de
pœ.diſt.j.quę dixit ꝙ eadem pœna punitur
occidens patrem ſpiritualem qua punit᷑ oc-
cidens patrem naturalem.quam glo.ad hoc
refert & ſequitur do.Par.de Pute.in tracta.
* ſyndi.in xvj.char.in iij.colũ.(Vide omnino
quæ dixi.& quæ poſtea addidi in l.diuus
Hadrianus.in fi.ff.de parri.)

216 Vbi agitur de his quæ concernunt com
modum burſe publice ſententia pro delicto
lata contra vnum nocet tertio, adeo quod
ſine nouo proceſſu vigore dictæ ſententiæ
poteſt deueniri contra tertium qui ſe tueri
non poteſt,ex eo ꝙ non fuerit ad cauſam ci
tatus,Ita habetur in l.j.C.vbi cau.fiſca.l.qſ-
quis.C.ad l.iul.maieſta.c.cum ſecundum.de
here.in vj.& not.plene per Barto.in diſpu-
tatione ſua incip.Peruſine ciuitatis ſtatuto.
& in l.cum filius.in prin.ff.de verbo.oblig.
& per Bal.in l.j.C.ne filius pro patre.& in
l.fi.§.j.C.de bo.quæ liber.& per Bal.in ad-
di.Specu.in titu.de ſenten.prola.in xvij.co
lum.& per Saly.in l.ſi filius.C.ne filius pro
patre.& per Canoni.in c.quanuis.de re iu-
di.Teneas tamen menti quod etiam in caſu
iſto ſententia nulla validata per reſcriptum
principis nũquam nocet tertio.Ita multum
ſingulariter dixit d.Alexan.in conſilio ſuo
cccviij.ſecũdum ordinem meum, incipien.
In cauſa quę vertitur inter agentes.in iij.co
lum.quod dictum pro valde not.refert &
ſequitur domi.Felyn.in c.quanuis. in vlti-
mis verbis . de ſenten.& re iudica.quod di-
cit eſſe proprie notan. propter commiſsio-
nes papæ ſanantes ſæpe nullitates ſniarum.

217 Ter vel quater iam retroacto tempore
conſului & etiam quandoq; allegaui in vo-
ce & continue obtinui in hoc, videlicet ꝙ
quoties occiſus ſeu interfectus non habet
niſi vnicum vulnus, & plures fuerunt in ri-
xa,vel mortuus habet minora vel paucio-
ra vulnera ꝙ̃ fuerint numero homines con-
tra eum in rixa,ꝙ ſi neſcitur ex quo vulne
re ſit mortuus vel neſcitur quis ipſorum ri-
xantium intulerit vulnus vel vulnera, tunc
propter incertitudinem nemo ipſorum ri-
xãtium debet puniri pœna mortis. & hoc
per regulam.l.abſentem.ff.de pœnis. vbi
melius eſt nocentem abſoluere ꝙ̃ innocen-
tem condemnare.Ita voluit glo.multum ſin
gularis in l.item mela.in.§.ſi plures.ff.ad le
gem Aquil. quam gl.pro ſingulari refert &
ſequitur do.Alexan.in conſi. ſuo ccxxxvij.
incip.Ponderatis narratis in themate.in iij.
colum.& dicit quod dictam glo. ſecutus eſt
Dyn.conſulendo, quod conſilium Dyn.re-
fert & ſequitur Pet.de Ancha.in conſil.ſuo
ccxvij.incipien.In Chriſti nomine, nos Bar
tholomeus de Salyceto. Et idem quod vo-
luit dicta gloſ. voluit Specu.in titu.de ho-
mici.§.primo. verſicu. pone quod quatuor
homines.Et idem quod nemo in dictis caſi-
bus puniatur pœna mortis, tenuit Ioan. de
Ana.in capitulo ſignificaſti. el ſecundo, in
xxiiij.colum.de homicid.& domi.Alexan.
in conſilio ſuo xv.incipien. Viſo proceſſu
inquiſitionis.in quinta & ſexta colum.in j.
volu.vbi allegat hanc partem tenuiſſe Gan
din.in ſuo tractatu maleficiorum ſub rubri-
ca de homicid.& Ludoui.Roman.in conſi-
lio ccccj.incipien. Eo propoſito, Et idem

tenet Bal.in cõſi.ſuo lxxij.inci. Præſuppoſi
to quod in ciuitate. in v.vol.vbi remittit ſe
ad dicta per Spe.in ti.de homi.in dicto ver.
Sed pone quod quatuor homines.& in con
ſi.ſuo cccxj.inci.Quidam rumor &c.in iij.
vol.Idem tenuit Rapha.Cuma.in conſi.ſuo
cxxxiiij.incip. Viſis.in iij.col.& Bald.in re
per.ſuo.in verbo, vulneratus pro vulnere.
in primo verſi.vbi alleg.d.gl.in d.§.ſi plu-
res. quam ibi dicit ſingularem & alibi non
reperiri.& idem dixit ipſe Bal.in d.reper.
ſuo in verbo,homicidium.in vj.verſ.Et idẽ
etiam firmat d.Alex.in conſi.ſuo cclvij.inci
pi.Ponderatis &c. & in conſil.cccxc.incip.
Copioſe.& idem tenet Spe.in tit.de diſpen.
in.§.iuſta. in pe.col.verſic.quid ſi aliquis in
rixa,& ibi Ioan.And.remittens ſe ad Spec.
in d.verſicu.Sed pone quatuor homines.&
idem ẽt tenet d.Fely.in c.ſignificaſti.el ij.de
homi.in iij.col.Pro qua opi.facit gl.in l.j.in
verſi.ſibi dño.ff.ſi quadru.paupe.feciſ.dica.
& gl.in c.nolite.xj.q.iij.& glo.in c.quieſca-
mus.xlij.diſt.Et faciunt ẽt dicta per Alb.de
Roſa.in iij.parte ſtatu.q.lxj.inci. Itẽ quærit
quinq;.& dicta per do.Ioan.de Imo.in cle.j.
extra de homi.in vlt.col.& faciũt dicta per
do.Fely.in c.dilecti filij.in vlt.col.de exce.
& per me in conſil.meo xxij.incipi.Illud in
medium.vbi conſului ſuper hoc dubiò pro
hac parte . de quo etiã late dixi in l.a vobis
quoq;. in iij.char.ff.de annu.leg.dum poſui
materiam incertitudinis,& in repe.mea ru-
bri.C.de proba.in eadem materia incertitu
dinis.Ex quibus ſatis conſtat ꝙ propter in-
certitudinẽ,quia neſcitur quis intulerit vul
nus, nemo vt dixi poterit puniri ad mortẽ,
nec aliquis eorum eadem ratione non pote
rit torqueri ad veritatem inueſtigãdam qñ
aliqua indicia non ſunt magis contra vnum
ꝙ contra alium , ne innocens indebite pro
nocente torqueatur.Sed omnia prædicta tñ
ſingulariter limita & reſtringe niſi vnus ip-
ſorũ qui fuerit in rixa ſit male cõditionis et
famæ, vt quia alias commiſit ſimile delictũ
ſeu intulit ſimile vulnus,quia hoc caſu non
obſtãte incertitudine poterit ad veritatem
eruendam ille talis torqueri. Ita multum ſin
gulariter & mirabiliter dixit Saly.in l.ſi.in
vlt.col.in verſic.Quæro an ſufficiat.in ſi.C.
de quæſtio.& idem videtur velle Guido de.
Suza.in trac.ſuo de tormen.in iiij.col.verſ.
✱ Quæ & qualia indicia.circa ſi.(Pro hac do
ctrina facit in ſimili vt no.verbum Catal.in
tracta.ſuo ſyndi.in verſi.cccccxlij.inci.Ad-
de quia ſæpe &c.in ſi.ij.col.illius; verſi.vbi
dixit ꝙ fuga facit indicium contra fugientẽ
quando ipſe fugiens eſt alias malæ vitæ &
conditionis alias ſecus.) Tene menti qa eſt
verbum aureum & ſingulare,ex quo multũ
honoris & lucri acquirere poteris in cõtin-
gentia facti ſi eris aduocatus partis offenſe,
nec apud aliquem antiquum vel modernũ
ſupradicta ita diffuſe & copioſe inuenies.
Item limita ẽt prædicta alio modo , ſcilicet
ꝙ nemo punitur pœna mortis in dicto caſu
propter incertitudinem,quod eſt verum qñ
conſtat iſtos rixantes ſeu percuſſores nõ ha
buiſſe animũ occidendi, vtputa qñ talia vul
nera fuerunt facta in rixa & non appenſate
& data opera,ſecus aũt ſi conſtaret eos tra-
ctaſſe, inſultare, & percutere, & occidendi
animum habuiſſe tunc ex voluntate quã ha
buiſſent,et poſtea ex facto ſubſecuto omnes
ad mortem condemnarentur. Ita ſing.dixit
glo.Bar.& Ang.in l.ſi.ff.de ſiccar.& ibi ego
dixi.& voluit Gandi.in trac.ſuo maleſi.ſub
rub.de homici.in iij.col.ver.Pone quæſtio-
nem quã ego multoties vidi circa med.vbi
ſatis plene examinat hanc q.& pro limita-
tione iſta adducit aliqua de quibus ibi per
eum,tene menti rogo,quia iſta uere nõ ſunt
vulgaria nec paruipendenda. Et pro prima
limitatione ſuperius data faciunt optime ꝗ
dixi ſupra in ſing.lxxiiij.inci.Tu habes re-
gulam,vbi plura not.digna adduxi circa il-
lam regulã,qui ſemel eſt malus ſemper præ
ſumitur malus &c.Hipp.de Marſi.I.V.D.

218 Regulam habemus in iure clariſsimã &
vulgatam,quod in dubijs,obſcuris,& ambi
guis ſemper debemus inclinare in mitiorẽ
& benigniorem partem , vt in l.ſemper in
obſcuris.ff.de regu.iur.& in l.factũ cuiq;.§.
ſi.eo.ti.& in regula,in pœnis.de regu.iur.in
vj.cum multis ſimi.ibi in gloſ.alleg.& in c.
eos vero.l.diſt.& in l.merito.ff.pro ſoc.&
in l.arrianus.ff.de actio.& obl.de quo latiſ-
ſime locutus ſum in repeti.mea.l.ſi.C.de ꝓ-
ba.in vj.char.& in ſeq.ibi.vbi ad iſtud pro-
poſitũ adduxi forſan.lxx.notabiles doctri-
nas,de quo ẽt per Iaſ.in l.fructus.in iij.colũ.
verſi.Tertio adde.cum verſi.ſeq.ff.ſol.mat.
✱ (Et facit quod voluit Bald.in c.duobus.in
j.col.verſi.quid ſi iudices.de re iudi.vbi di-
cit ꝙ in teſtibus pari numero diſcordanti-
bus præualet benignior pars & do.Fely.in
c.aduerſario tuo.in iij.col.per totũ . de ex-
cepti.)Sed ſcias tñ quod iſta regula non eſt
ſemper vera , ſed fallit in aliquibus caſibus
multum ſingularibus quod perpetuo tene
menti, nam primo fallit hæc regula qñ du-
bitatur, an vulneratus ſit mortuus ex vul-
nere , & ſuper hoc ſunt examinati plures

medici

medici qui diuerſimode deponunt & ſunt
in diuerſis opinionibus, nam hoc caſu iudi
catur contra percuſſorem, & ſic in duriorẽ
partem. Ita no. dixit Bal. in c. j. in prin. in vj.
colum. quib. cau. feu. amit. & do. Fely. refe-
rens Bal. in c. præsbyterum in j. col. in fi. de
homici. & do. Cataldinus in ſuo tract. ſyndi.
in verſi. cclxxxvij. incip. Adde quod quan-
do. pro quo mihi videtur tex. formalis in c.
ſignificaſti el. ij. in . §. fi. de homi. & illud di-
ctum Bal. etiam refert & ſequitur d. Barth.
Cæpo. in conſi. ſuo lxij. incipien. Magnifice
in vlt. colum. licet nemo ad hoc alleget il-
* lum tex. in d. c. ſignificaſti. (Adde tamen q̃d
contrarium tenet Bal. in conſi. ſuo cxcv. in-
cip. An vulnus in j. volu. in duobus locis il-
lius conſilij. & Raph. Cu. conſi. cxxxiiij. in-
cip. Viſis in ij. colum. ante med. & Soci. in
conſi. cxxxviij. incip. Primo aſpectu in iij.
colum. ſed cum Bald. tenet Flo. in l. ſi vulne
ratus ff. ad leg. aquil.) Alius caſus, videlicet
quando reperitur confeſſio rei de crimine,
& dubium eſt vtrum confeſſionem illã fece
rit metu tormentorum an ſponte, & ſic ex
conſcientia criminis tũc. in dubio præſumi-
tur potius ꝙ illã fecerit ex conſcientia cri-
minis quam metu tormentorum. Ita notan-
ter dixit Bal. in l. vnica in vij. col. C. de con
feſ. quod dicit eſſe multum notabile, de quo
tamen dicto dubito per ea quæ dixi ſupra
in ſing. 1. Alius eſt etiam caſus, videlicet ſi
queratur vtrum ille cui datum eſt cõſilium
vel mandatum ad maleficium committen-
dum eſſet alias illud facturus necne, & in
hoc præſumitur contra conſulentem, & ſic
ꝙ ille non fuiſſet alias facturus. Ita ſing. di-
xit Dy. in dicta regula, in obſcuris. quem re
fert & ſequitur Bal. in l. ob hæc verba. cir-
ca med. ff. de his qui notan. infa. quos refert
& ſequitur do. Alex. in conſi. ſuo ciij. incip.
Videtur &c. in vij. col. in j. volu. vbi dicit ꝙ
hoc idẽ voluit Bal. in l. data opera. in xvij.
colum. C. qui accu. non poſſunt. Et voluit
do. Fely. in c. ſicut dignum in iiij. colum. in
fin. verſi. Tertia concluſio. de homici. vbi
alia etiam allegat pro hoc dicto. pro quo fa
ciunt optime dicta per do. Bartho. Cæp. in
conſi. ſuo xxxiiij. incipien. Si vnquam &c.
xviij. col. verſi. Decimo &c. Item adde aliũ
caſum, videlicet, in confeſſione quæ poteſt
ſe habere ad delictum & non delictum, quia
interpretatur in deteriorem partem tex. eſt
notab. quem ibi ponderat Ioã. de Ana. in c.
* cum dilecti. de accu. (Contrarium tenet d.
Anto. in c. ex literis in vlti. col. de ſponſa. &
Bar. in l. inter ſtipulantem. §. j. ff. de verbo.
obli. quos refert & ſequitur Decius in con-
ſil. clxxxix. incipien. Letatus ſum in vij. co
lum. in fi.) Item adde alium caſum quem po
nit Io. de Ana. in c. dilectus filius el. ij. in vij.
colũ. de ſimo. vbi dicit ꝙ ſi vniuerſitas vel
aliquod collegium deliquit & non apparet
expreſſe quis fuerit vel qui fuerint qui de-
linquerint, tamen ſtante hoc dubio omnes
punientur. Exemplum ponit quando poſi-
tũ eſt partitũ ad fabas albas & nigras, & ob
tentũ eſt partitũ ad delinquendũ, licet non
ſciatur quis dederit fabas albas ad delictũ
cõmittendũ, tamen omnes debent puniri,
& hoc ne delicta remaneant impunita. ad
hoc alleg. Barto. hoc tenentẽ in d. l. aut facta
in. §. fi. in iiij. col. ff. de pen. quod multũ not.
ad materiã gl. in l. itẽ nulla. §. ſi plures. ff. ad
leg. aquil. de qua dixi ſupra in ſingulari pro
ximo, licet iudicio meo hoc non dicat Bar.
ſi recte ponderentur verba ſua ibi. Itẽ adde
ẽt alium caſum in quo ſequimur ꝙ durius
eſt qui caſus eſt in notario ſcribẽte falſum
inſtrumentũ cui abſcindi debet vna manus
nam debet abſcindi manus dextra cũ qua
deliquit & non ſiniſtra quæ eſt minus di-
gna & minus vtilis ipſi notario. Ita dixit
And. de Iſer. in c. j. §. ſcriba. de ꝓhi. feu. alie.
per Fed. in vſib. feu. quẽ ibi refert & ſequi-
tur Cardi. Alex. circa fin. quod dicit notan-
dum eſſe ad limitationem eorũ quæ haben
tur in auth. ſed nouo iure. C. de ſer. fugi. Et
vide Bal. in l. data opera. in vij. col. ver. Vn
de in caſibus iſtis &c. vbi dixit ꝙ in dubio
in deteriorẽ partẽ interpretanda ſunt pro-
pter rigorem iudiciorum conſeruandum.
* (Alium caſum vide per Ang. in l. verum la
ij. ante fin. in verſi. vlt. ſub die ff. de fur.)
219 Obligatio nõ cõtinens cauſam eſt ineffi
cax. Ita dixit glo. in l. inſtrumẽta C. de pro-
ba. & in l. generaliter. in verbo, cauſa. C. de
non nume. pecu. & voluit Bar. in l. nuda. C.
de dona. & Saly. in l. j. C. de confeſ. Bar. in l.
j. C. de eden. Spec. in ti. de confeſ. in. §. nunc
videndũ verſi. Sed quæ eſt ratio in ij. parte
& ibi Ioã. And. in addi. inci. Rofredus &c.
* (Vide Alex. hoc limitantem & no. loquen
tẽ in conſi. clvij. incip. Viſo themate in vlt.
col. in vj. volu.) Et volunt alij quamplures
doc. in diuerſis locis quos retuli. in l. j. in. §.
præterea in viij. char. ff. de quæſt. vbi idem
probaui eſſe in diſpenſatione pape, in do-
natione quãdo incipit a promiſſione, in pre
cepto iudicis, in petitione reſtitutionis in
integrum in petitione abſolutionis a iura-
mento, & in ſimilibus. Et teneas perpetuo
menti vnum de quo etiam feci mentionem

videlicet, ꝙ iſtud nedum procedit in cauſa ciuili, ſed etiã in criminali, in qua ſimiliter non valet confeſſio facta ſine cauſa. Ita ſingulariter voluit Pet. de Anch. in conſil. ſuo xxiij. inci. Viſa inquiſitione formata contra Philippũ in j. col. ver. Item nuda confeſſio, vbi inquit ꝙ confeſſio ſine cauſa in criminalibus non præiudicat confitenti ſicut nec in ciuilibus. quod dictum tanquam mirabile & aureis literis reſcribendũ teneas menti perpetuo, quia poſſet tibi afferre honorem ſimul & vtilitatem, & de hoc dicto feci mentionem in dicta l. j. §. præterea in viij. char. ff. de quæſtionib.

220 Fideiuſſor accedẽs obligationi regulariter habet beneficiũ excuſſionis in auth. pręſente. & ibi doc. C. de fideiuſ. & in authẽ. de fideiuſ. in prin. & in auth. hoc ſi debitor C. de pign. cum ſimi. Sed pone Florẽtinus vel Senenſis dat fideiuſſorẽ Bononię, qui Florẽtinus in domicilio ſuo eſt idoneus & ſoluendo, ſed hic Bononię vbi iudicium agit nihil habet, an hoc caſu abſq; eo ꝙ alia fiat excuſſio in bonis ſitis Florentie poſſit ipſe fideiuſſor conueniri? in quo dicas quod non, ſed ad hoc vt ipſe fideiuſſor poſſit cõueniri hic neceſſe eſt quod primo fuerit facta excuſſio in bonis principalis etiam ſi ſit extra iuriſditionem iudicis vbi iudicium agitur. Ita ſingulariter dixit Iac. de Are. quẽ refert & ſequitur Bal. ibi in l. ſi. §. ſed ſi cum Seio. ff. ſi certum peta. quod dictũ refert & ſequitur do. Alex. in conſi. ſuo cccviij. incipiẽ. In cauſa quæ vertitur in vlt. col. Limita tamẽ hoc dictũ ſecundum Bald. in d. §. ſed ſi cum Seio & do. Alex. in d. conſi. eſſe verũ & procedere quando facilis eſſet exactio ſeu excuſſio bonorũ alibi ſitorum, alias ſecus, quia abſurdũ eſſet q\̓ actor cogeretur peregrinare faciendo excuſſionẽ in diuerſis locis, & ad hoc plura alleg. Bal. & do. Alex. in dictis locis quæ videas per teipſum.

221 Reſtitutio in integrum retinet naturam prime cauſe & ſecundũ illã regulatur adeo ꝙ vt ſis ſicut in cauſa criminali nõ poteſt interuenire procurator, vt in l. penul. in. §. ad crimen ff. de publi. iudi. & in l. ſeruum quoque. §. publice intereſt. ff. de procu. & in c. veniens. extra de accuſ. Ita nec in petendo reſtitutionem in integrum aduerſus ſententiam latam in cauſa capitali poterit interuenire procurator. Ita not. dixit Bald. in l. j. §. pen. in ſi. ff. de poſthu. quod dictum pro notab. & ſingulari refert & ſequitur do. Fran. de Are. in d. c. veniens in xxij. col. de accu. Quod dictum not. in practica quando clientulus tuus minor vellet petere reſtitutionẽ in integrum aduerſus ſententiam capitalem contra eum latam in caſu quo poſſet eam petere, vt dixi in l. prima. §. fin. ff. de quęſt. nam tunc debet eam ipſe petere & non poteſt eam petere per procuratorem. ad quæ etiam vide quæ dixi ſupra in ſing. 88. incip. Stante ſtatuto in ſi. verbis.

222 Exceptio non numerate pecunie poteſt opponi intra bienniũ l. in contractibus C. de non nu. pecu. etiã ſi in contractu ſit appoſitum iuramentũ, vt in l. ſi. C. eo. de non nu. pecu. Sed pone quod renunciatum eſt per debitorem huic exceptioni, an hoc caſu poterit opponi talis exceptio? in quo Bar. in l. ex cautione eod. titu. in ſi. poſt multa tenet quod non obſtante tali renunciatione poterit opponi talis exceptio, & mouetur potiſſime hac ratione dicẽs quod ea facilitate & fragilitate qua inducitur ipſe debitor ad ꝓmittendum, eadem fragilitate inducitur ad renunciandum. & alia dicit ibi ad hoc, de quibus per eum ibi. vbi ẽt per Bald. ſatis late. Sed tu in hac materia tene ſemper menti vnum not. verbum Bald. videlicet quod ex confeſſione partis in qua confitetur ſe habuiſſe & recepiſſe cũ renunciatione exceptionis non nu. pecu. oritur præſumptio iuris & de iure contra ipſum debitorem ꝙ vere habuerit & receperit dictam pecuniã cõtra quam non admittitur probatio in cõtrariũ niſi per confeſſionẽ partis aduerſe. auth. ſed iam neceſſe. C. de dona. ante nup. Ita multum ſingu. dixit Bald. in conſilio. ſuo ccccliij. incip. Duo rei in j. volu. de quo dixi in conſi. xlviij. incipiẽ. In cauſa & lite in ij. char. vbi plura etiam dixi in materia exceptionis non nu. pecu. & vide quendã Modernũ not. loquentem in hac materia in tracta. clauſularum ſub rub. an excep. non nu. pecu. renun. poſſit. per totũ. tene menti, quia illa doctrina Bal. alias fecit mihi honorem in contingentia facti.

223 Nõnulla dedi tibi ſingularia dicta ſupra in materia incertitudinis. videlicet, in ſing. ccvj. inci. Incertitudo, & in ſing. ccxvij. incip. Ter vel quater. licet principaliter abũde & latiſſime materiam ipſius incertitudinis poſuerim in l. a vobis quoq; ff. de annuis leg. Et melius & latius in repe. mea rub. C. de ꝓba. ante ſi. Nupertime aũt do tibi vnũ aliud non omittẽdum in ipſa incertitudinis materia, videlicet, ꝙ licet incertitudo de iure ciuili regulariter vitiet diſpoſitionem, tamẽ de equitate canonica cõpelli poteſt promiſſor vt arbitrio boni viri impleat pro-

miſſa incerta. Ita mulriū ſingu. dixit Archid. in c. nonnulli. j. q. j. quē refert & ſequitur d. Anto. in d. c. ex parte. extra de cenſi. quos refert & ſequitur d. Alex. in l. j. in vj. col. ff. ſolu. mat. vbi dicit quod non recordatur vidiſſe hoc dictū apud legiſtas relatū præterquā a Bal. in l. ſalariū ff. mand. qui ſolum dicit. vide Archi. in c. nōnulli. j. q. j. & illud dictū refert & magnificat ēt ipſe d. Alex. in l. ita ſtipulatus in ij. col. verſi. Et ſimiliter per hanc legē ff. de verb. obli. vbi noi. loquitur
* (Et in conſi. clviij. inci. Viſo teſtamento ad fi. in vij. vol.) De quo dicto vide etiam melius per d. Fely. in c. j. in iij. col. in fi. ver. Pro iſta opinione cōi. extra de pact. vbi plures refert approbātes illud dictū & aliqua not. ſimilia adducit. Et illud ēt refert ipſe d. Fely. in c. ſi cautio. in viij. colū. in prin. de fide inſtru. & in c. cum iuramento. de homi. vbi ēt dixi tene mēti, quia profecto eſt ſing. verbum ad multa.

224 Filius non tenetur ſoluere debita patris nec ecōtra, vt hr̄ in toto ti. C. ne fil. pro pat. & C. ad mace. & iſtud eſt naturale & regulare, vt hr̄ in l. pe. & fin. C. ne vxor pro ma. & in l. vnica. C. vt nullus ex vic. pro deb. alle. lib. xj. & in l. hac diffinitione C. de omni agro deſer. lib. xj. & in. §. quia vero. in auth. vt nulli iudi. & in l. prouidendum. C. de decurio. lib. x. & in l. ob es. & in auth. ibi poſita C. de act. & obl. Nec valet ſecundum aliquos ſtatutum volens ꝙ vnus teneatur pro debito alterius, vt dixit Bald. in l. iij. in vlti. col. C. de conſti. pecu. de quo etiam per Bal. in rub. C. res inter alios acta. & per do. Iaſ. de may. inſti. de actio. in. §. actiones autē in antepe. col. Et per d. Fran. de Are. in not. conſi. ſuo xxix. incip. Diligenter &c. in iiij. char. Et per Bal. in l. dotis C. de iur. dot. Et Pe. de Anch. in c. canonū ſtatuta in vj. char. in ver. Quero vlterius ſcriptū eſt. de cōſti. & Io. de Imo. in c. pe. de conſue. & per do. Alex. latius in cōſi. ſuo xlij. inci. Super præmiſſo themate in xij. col. in j. volu, vbi alios adducit, & per d. Fely. late in c. ius generale in pe. & vlti. col. j. diſt. Tene tamē menti & nunꝗ̄ exeat mentē tuā ꝙ ſtatutū volens ꝙ bona filiorum & vxoris, & etiā ꝙ ipſi filij poſſint capi pro delicto fallētie, ſcilicet quādo pater fallat ſeu cedat foro valet, nā amore coniugis & filiorū ſepe homines retrahantur a bilia fallētia. Ita ſing. & peregrine dicit Abb. in c. ex parte. in vlti. verbis, extra de conſue. vbi ēt ſubdit eſſe in ſimilibus caſibus arduis & valde periculoſis. Dicit tñ ꝙ tale ſtatutū eſt iniquum qñ ex neceſſitate inducitur quis ad fallendū, ſecus aūt quando quis fallit ex propoſito, quod eſt ſingu. no. quia vterq; modus fallēdi ſepe venit in facto, ex quo dicto poteris ex hac doctrina limitare tex. in d. §. quia vero i auth. vt nulli iudic. vt alia iura ſuperius alleg. vide etiā in materia Io. de Ana. in c. ij. in vij. col. ver. Quid autem econtra. extra de delic. pue.
* (vide Bar. & Iaſ. in l. his ſolis ff. de condi. in de. & Lud. Ro. in ſing. ſuo cxij. incip. pater erat pauper. Bal. in l. ſi. C. ad maced.)

225 In delictis ad fauorē rei attēditur initium & non finis l. qui cum maior. in prin. verſi. Sed minor ff. de bo. liber l. quod ait lex. §. ait ff. de adul. & ibi Barto. & volunt doct. in l. gracchus C. de adul. & Bal. in l. ſi quis nō dicā rapere C. de epiſ. & cleri. in iij. colum. & Alexand. in conſilio ccxcix. incipien. Viſo themate in vlti. colum. & Ioan. de Ana. in conſilio ſuo xj. incipien. Omiſſa diſcuſ-
* ſione in ſecunda colum. (Et ideo offendens bannitum non tenetur eo poſtea exempto ab auo, quia inſpicitur initium. ita dixit Baldus in l. ſi conſtante in. §. ſi vxor rem ff. ſolu. mat.) Et ideo tene menti ꝙ ſtante ſtatuto hic Bononiæ prout ſtat quo cauetur ꝙ vnicuiq; liceat animalia aliena quæ repererit in fundo ſuo propria authoritate occidere in illo. Attamen ſi quis repererit aliquod animal in fundo ſuo & cum vellet illud occidere animal aufugit extra fundum poterit tunc illud extra fundū impune occidere lia no. in proprijs terminis dixit Saly. in d. l. gracchus in pe. col. ver. Ex prædictis hābes C. de adul. Tene menti, quia quoudie
* iſtud occurit inter ruſticos. (Et idem expreſſe dicit Barto. in l. quod ait lex. in. §. quod ait in fin. ff. de adul. quem refert & ſequitur Angel. de Are. in lib. malefic. in verbo, in platea communis in j. char. in fin. in verſicu. incipien. quæro quid ſi aliquis exiſtens &c. & vide Pet. de Anch. in repe. c. canonum ſtatuta, in lxxxj. colum. in verſi. vlti. circa ſtatu. de conſti.) Et adde hic Bald. in d. l. quod ait in. §. fi. vbi dicit ꝙ ſi quis poteſt oſtendere ex forma ſtatuti ingredientē poſſeſſionem ſuam, & aliquis eam fuit ingreſſus & poſtea aufugit, & dominus eum proſequitur ꝙ poterit eum offendere extra poſſeſſionē ſuam. Et dixit Bald. in l. cunctos populos in repe. poſt med. C. de ſum. trini. & fide catho. ꝙ licet pro debito ciuili quis non poſſit capi in domo ſi tamen repertus fuerit per officialem extra domum & fugerit in domo ꝙ tunc poterit extrahi de domo. Et dixit Cyn. in authen. ſi quis et. C.

de adult.ꝙ licet quis de eccleſia per officialē ſecularem extrahi nō debeat, tamē ſi deliquit extra eccleſiā & aufugit in eccleſiam adeo ꝙ officialis eū extra eccleſiā capere non potuit, poterit de eccleſia extrahi, per tex.in.§.ſed neque homicidiū.in authen.de manda.princip.quæ omnia vltimo hic adducta refert & ſequitur do. Alex.in conſil. ſuo xxiiij.incip.Animaduerſis &c.in x.colum.in ij.vol.quē vide.Et hic adde no.verba Bal.in l.pomponius in j.col.ante fi. ver. not.inſpici tnuitum ff.de neg.geſt. Vbi format tres ſimiles quæſtiones, & decidit qđ attendatur initium.& eum refert & ſequitur Io.de Ana.in c.fi.in xiiij.col.circa med. de collu.detegen.de quibus omnibus dixi in c.j.circa princi.extra de homi.& in c.ij. circa fi.eo.titu.vbi omnino vide.Videas tamen Iaſo.in l.pleriq; in ij.col.ver.nono procedit ff.de in ius vocan. vbi tenet contra ſuperius dicta.

226 Emphyteota priuati non ſoluens canonem per triennium cadit a iure ſuo, vulgata l.ij.C.de iure emphy.emphyteotica autē eccleſiæ nō ſoluēs per biennium cadit a iure ſuo auth.qui rem C.de ſacroſan. eccle.c. potuit de loca.§.ſi vero qs in auth. de alie. & emphy.cum ſimi.quod tamē intellige, niſi ipſe emphyteota iurauerit ſoluere ſingulo anno, quia tunc ceſſando in ſolutione per annum tantum cadit tunc a iure ſuo, vt ſingu.dixit Bal.in c.querelam extra de iureiu. quem refert & ſequitur d.Alex.in cōſi. ſuo lxxxv.incip.Non puto in j.vol. vbi etiam aliqua pro hoc dicto alleg.quam doctrinam ſequor licet d.Iaſ.de may.illam reprobet & male iudicio meo in l.ij.in vij.col.verſi.nono quæro C. de iure emphy. fundat enim opinionē ſuam contra Bal.ſolum ex illo, videlicet, quod iuramentū ſequitur naturā cōtractus ſuper quo interponitur l.fi.C. de nō nu.pecu.Sed de natura contractus emphyteotici eſt quod ante bienniū nō cadat emphyteota a iure ſuo non ſoluēdo, ergo licet non iurauerit cadet a iure ſuo non ſoluēdo in primo anno.Sed illa ratio non habet tollere doctrinam Bal.quia non eſt ſemper verum hoc ꝙ iuramentū ſequatur naturam cōtractus ſuper quo interponitur, imo potius iuramentum alterat naturā contractus, vt patet in pluribus doctrinis & iuribus traditis per Moder.in l. ſi duo patroni.§.marcellus ff.de iureiu.& patet ēt ex dictis per me in repeti. mea l.fi.C. de proba. in xxxiiij. char. vbi plura notabilia poſui in materia iuramēti,& dixi etiam ſatis ample in conſi. meo lij.incip.Præſuppoſita.& latius valde in auth.quod obtinet C.de proba.& illa regula, ſcilicet quod iuramētū regulatur ſecūdū naturā cōtractus habet locū in ſubſtantialibus iudicij, ſecus in accidentalibus ſeu acceſſorijs.ſecundū Io.de Imo.in c.j. de iudi.vbi no.loquitur in materia huius iuramēti.Sed teneas menti in hac materia emphyteote vnū perpetua memoria dignum, videlicet ꝙ licet emphyteota non ſoluēs in primo anno regulariter non cadat a iure ſuo, hoc tñ fallit in emphyteota eccleſiæ ꝗ fuiſſet citatus ab ipſa eccleſia ad ſoluendum canonem, nā facta tali citatione non erit neceſſarius curſus biēnij, ſed ſufficiet lapſus ſex menſium, in quo ſi non ſoluerit canonē cadet a iure ſuo non expectato alio tempore decurſo.Ita ſingulari.dixit Ang.in l.hac diffinitione C.de omni agro deſer.lib.x.quod eſt ſing.not.& perpetua memoria dignum. quod dictū pro valde no. refert & ſequitur do.Anto.Corſetus in ſua repe.rub.extra de iureiur.in xj. priuilegio iuramenti.

227 Per dationē fideiuſſoris in iudicio ſiſti & de iudicato ſoluendo ſatiſdans non dicitur conſentire in iudicē, adeo ꝙ poſtea nō poſſit opponere exceptionē declaratoriā, ſecūdū Bar.& alios in l.ſi cū venerit ff.de iuriſ. omn.iud.quia in tali fideiuſſione ſubintelligitur niſi iuſta cauſa iudex recuſaretur. qđ ēt probatur in auth.offeratur C.de lit. conteſt.vbi poſt ſatiſdationē datur tēpus ad deliberandū.& idē voluit Angel.in l.ſed ſi ſuſceperit ff.de iudi.dicens quod actus factus ex neceſſitate, vt eſt iſte, nō infert cōſenſum in iudicē.ad qđ alleg.Inno.in c.inter monaſteriū.de re iudi.Et idē tenet Bal.in d.auth. offeratur in ij.not.& Bal.in c.j.in j.col. extra de iudi.& in l.ij.in prin.in iij.colum.ff.ſi quis in ius voc.non ierit.& in l.ij.C. de bo. autho.iudi.poſ.vbi idē dicit in eo qui ſatiſdat de parēdo mandatis curie.Teneas tamē mēti quod prædicta non habēt locum in eo qui ſatiſdat vt reuocet tenutā quam paſſus eſt ex primo decreto iuxta c.quoniā frequēter.vt lit.non conteſt.quia odio ſue cōtumacie inductum eſt vt non poſſit vlterius forū declinare.Ita ſing.dixit Angel.in l.eum qui in poſſeſſionem ff.de priui.cre.per tex. in l. de die.ff.qui ſatiſd.cog.& in l. ſi finita.§.itē videamus ff.de dam.infec.vbi idē tenet Angel.& Ioan.de Imo.quam doctrinam refert & ſequitur do.Fely.in c.inter monaſterium in vj.col.extra de re iudic.de qua dixi in l. ſi queramus in iij.char.ff.de teſta.& in l. ſi quis ne quæſtio in vj.col.verſi.vnum tamē

not.ff.de quæſt.Et pro dicta doctrina Ang. facit optime quod voluit Pet.de Ancha. in conſi.ſuo cxcij.inci. In auxilium veritatis, circa med.vbi dicit quod licet per ſatiſdationē de iudicio ſiſti quis non dicatur prorogare iuriſdictionē iudicis & in eum cōſentire, vt per Bar.& doct.in d.l.ſi conuenerit attamen hoc fallit, niſi quis eſſet captus & carceratus, & vt reuocaret capturā & exiret carceres præſtaret fideiuſſorem de iudicio ſiſti & de iudicato ſoluēdo, quoniā hoc caſu per taē dilationem fideiuſſoris dicetur in ipſum iudicē cōſenſiſſe,adeo ꝙ nō poterit vlterius impugnare eius perſonam quod eſt not.verbū.in contrarium tamen faciunt not.verba do.Io.Bap.de cazalup. in tracta. ſuo de debi.fugi.in ver.Quintodecimo &c, vbi videas.

228 Agens in iudicio nomine alieno ſi dubitatur de mandato non admittitur ſine cautione de rato l.non ſolum.§. qui alienum ff. de procu.l.j.C.de ſatiſdan.& in l.ſi is a quo in.§.ſi procurator.ff.vt in poſ.lega.& in l.j. C.de procur. Sed tene mēti notabilem limitationē & reſtrictionē ad prędicta iura,vide licet quod quādo d ubitatur de mādato admittitur talis agēs cū cautione de rato.Iſtud eſt verū niſi dñs pro quo ille vult agere ſi intra ciuitatem vel in loco propinquo, ita vt faciliter poſſit haberi eius pręſentia & poſſit tollere dubium circa mandatū, nam hoc caſu non admittetur ēt cum cautione de rato.Ita ſing.dixit Ang.per illum tex.in l.mutus.in.§.is qui curatorem ff.de procu.quod dicit bene notandum & ſemper menti tenēdum eſſe.quod dictum pro valde notabili ibi ſequitur Pau. de Caſt. & ſimiliter dicit illud eſſe perpetuo mēti tenēdum. pro quo optime faciunt dicta infra in ſing.260.inci. Citatus ſemel.& dicta per Ioan.And.in addi.Specu.in titu.de appel.in.§.nunc breuiter in ij.col.in addi.inci.Aduerte quia mādatum &c.Ex quo dicto ego inferebam ad vnū,ꝙ licet conſunctus admittatur pro coniuncto ſine mādato,vt l.ſed & hæc ff.de ꝓcura.& in l. exigendi C.eo. dummodo caueat de rato,vt eſt text.in l.iij.§. ſed ſi forte ff.iudi.ſol & volunt doc.in dictis locis,dūmodo non appareat de contraria voluntate illius coniunctæ perſonæ pro qua coniūctus agit,quia ſi appareat de contraria voluntate non admittitur talis coniuncta perſona etiam cum cautione de rato,vt eſt text. ibi & doct.omnes in l.pomponius in.§.ſi.ff.de procu. Tamen ſi non eſt certum de contraria voluntate,ſed dubitatur, ſi tunc ipſe cōiunctus de cuius voluntate dubitatur eſt in ciuitate vel loco propinquo, in quo faciliter poteſt haberi eius præſentia & eius declaratio voluntatis ſuę,tunc nō admittetur talis coniunctus pro coniuncto etiam cum cautione de rato.& hæc illatio optime mihi videtur probari in d.l.mutus. in.§.is qui curatorem.& ēt ex dicta doctrina Ang. & Pau.de Caſt.ibidem ꝙ profecto eſt mēti tenendū cū faciliter poſſet in facto cōtingere ꝓ quibus omnibus optime faciūt dicta per Bar.in l.admonēdi in xiij.col. verſi. Venio ad tertium.ibi,lıē hoc intelligo verum &c. ff.de iureiur.(Vide Alex.in conſil. xxxix. inci.Stantibus &c.in iiij.colum.in vj. vol. & Soci.conſi.lxvj.incip. Viſo compromiſſo in ij.colum.in iiij.volu.)

229 Sententia quæ tranſiuit in rem iudicatā non retractatur prætextu inſtrumētorū nouiter repertorū,vt late habetur in l.ſub ſpecie C.de re iudi.& in l.imperatores ff.eod. titu.& in c.inter monaſterium de re iud.& in l.ſub prætextu.C.de tranſac.& in l. argētarius in.§.cum autem ff.de eden.cum ſimi. Teneas tamē menti quod licet prędicta ſint vera,tamē ſi ille qui vult dicta ſentētiam infringere habuit iuſtam cauſam ignorādi dicta inſtrumēta poterit petere dictam ſentētiam retractari per remediū reſtitutionis in integrum concedēdum ex clauſula generali,ſi qua mihi iuſta cauſa &c.de qua in l.j.in fi.& in l.ſed & ſi per prætorē.§.hæc clauſula ff.quib.ex cau.maio.Ita ſing.dixit Cy. in l.j.C.de condi.indeb.quē refert & ſequitur Io.And.in addi.Spe.in titu.de execu.ſentē. in.§.ſi.ſuper ver.illud aūt quæritur &c. & Ioā.de Imo.in d.l.imperatores.quos omnes refert & ſequitur do.Alexā. in conſilio ſuo ccxciij.ſecundū ordinē meū inci.In cauſa & lite vertente in ij.colū. Sed tu vltra eum dicas quod idem in effectu tenuit Ioā.And.in addi.Specu.in titu. de inſtru.edi. in.§.poſtquam in v.col.in addi.inci.Hæc iura loquūtur &c.Teneas mēti ad limitationē dictorū iuriū.ſ.l.ſub ſpecie C.de re iud.cū alijs ſuperius allegatis. Et vere non ſunt multi dies quibus euenit hic caſus in facto, & plura dicta fuerunt ſuper eo. Attamen a nemine fuit allegata prædicta doctrina Cyn.& aliorum ſequacium.

230 Antiqua dubitatio eſt apud doctores, an papa ſine cauſa poſſit diſpēſare circa ius poſitiuū?in quo fuerunt varij,nam Innoc.in c. inter monaſterium de re iud.& Pet.in c.nō eſt de voto.quos ibi refert Abb.tenēt quod ſic.pro quibus facit c.propoſuit, de conceſſ.

præben.& glo.in c.j.in verbo,ab omnibus.
de conſtitu. hinc eſt quod papa ſine aliqua
cauſa poteſt abbreuiare omnē dilationē iu-
ris ſecundum Pet.de Anch.& Imo. in c.ex
ore.per illum tex.de his quæ fiunt a maio.
parte cap.Et Bal.in conſil. ſuo ccccxxxiij.
inci.Quæritur virum &c.in iij.volu. Con-
trariam autem opinionem.ſ.quod non poſ-
ſit ſine cauſa diſpenſare tenuit Inno.in c.di
uerſis fallacijs.de cle.coniug. vbi dicit for-
tius quod ſuperior diſpenſas ſine cauſa pec
cat. & idē videtur velle in c.veniens de fi-
lijs præſby.quē refert & ſequitur Pau. de
Caſt.in conſi.ſuo cxix.inci.Notandum eſt
quod adulteriū in j.colū.vbi ēt allegat pro
hac parte tex.in c.innotuit de elec. Ex quo
ſubdit ipſe Pau.de Caſt.in d.conſi. ꝙ ſupe-
rior dans poteſtatem officiali diſpenſandi
in aliquo caſu debet ſubintelligi cauſa ra-
tionabili ſubſiſtente & non aliter. & hanc
partem etiam in ipſo papa firmat ſatis late
do. Abb.in d.c.non eſt de voto.vbi eſt glo.
ad hoc in iure ſolitaria.ſecundum Barba.in
c.cum ſit romana in viij.colū.de appel.quā
quæſtionē tamē ad præſens latius vel diffu
ſius non examino,ſed remitto me ad plene
dicta per doct. in d.c. propoſuit & ad dicta
per Arch.in c.cōſequens xj.diſt. & per Io.
And.in c.de multa in iij.col.de pręb.& per
Abb.in c.per venerabilem in prin. qui filij
ſint leg. & per Gemi.in d.c. conſequens. &
per do.Fely.in c.ad audientiam de reſcrip.
& in c.j.in iiij.fallentia.vbi videas de cōſti.
& in c.poſtulaſti in xix.col.de reſcri. tetigi
ego vnū verbū in l.j.in.§. præterea in viij.
char.parua ff.de quæſt.Attamen non omit-
to vnū ſingulare verbum in hac materia di
ſpenſationis, videlicet, quod licet papa in
aliquibus caſibus poſſet diſpenſare ſine cau
ſa,attamen ſi quis tanquam vice gerens pa-
pe diſpenſat ſine cauſa gerens vices ſibi cō-
miſſas a papa,talis eius diſpenſatio non va-
let,licet papa hoc potuiſſet facere.quod eſt
ſingulare no.Ita dixit Inno.in c. dudū el.ij.
ad fi.ibi,item ſi papa.extra de elec.& idem
tenet ipſe Innoc.in c.cū ad monaſteriū in j.
col.ibi, liē licet conditioni. de ſtatu. mona.
& in c.veniens in j.glo.de filijs presby.quē
refert & ſequitur lumen & decus iuris im-
mortale d.Fely.in d.c.poſtulaſti in xviij.co
lum.ver.Quartus caſus &c.de reſcrip. vbi
ſubdit ꝙ hoc etiam not. Abb.in c.at ſi cleri
ci.in.§.de adulterijs in ix.col. de iudi.& in
c.præterea in pen. col.de teſt.cog.& Bald.
in l.ſi teſtamētum poſt prin.C.de teſta. Fed.
de Senis in conſi.ſuo ccctiij.inci. Reuerēde
pater &c.Et iſtud dictum teneas perpetuo
menti,quia ſecundum do.Felyn. vbi ſupra
ex hoc dicto poteris facere infringere in fo
ro contētioſo mille diſpenſationes quas fa-
ciunt legati pāpe ſuper incompatibilibus
cum perſonis indignis.

231 Iuſta cauſa multum operatur & eſt ma-
gne importantie, ſiue loquamur in princi-
pibus,ſiue in iudicibus,ſiue in priuatis, vt
ſatis luculenter & copioſe oſtendit d.Alex.
in conſilio ſuo cxix.incip. Titulus quæſtio-
nis &c.in v.col.in ij.volu.& Barba.in cōſi.
ſuo lxxvj.inci.Viſo puncto in iij.col. in iij.
volu.& Bald.in authē. generaliter de epiſ.
& cle.in ij.col.& patet etiam ex tex.vnico
ſecundū omnes,in l.ſi hominem ff.mand.de
quo plura dicit d.Fely.in c.j.in xv. & xvj.
colum.de conſti.& Barba.in c.cum olim el
j.in xij.col.de offi.deleg.& in c.ceterum. in
prin.de iura.calum.& in c. fi. de conſue. &
in c.at ſi clerici.de iudi.& in c. cum ſit ro-
mana de app.in x.col.& in d.conſil.lxxvj.
& Bald.in l.ſi pater parcum C. de ſponſa.in
ver.Sed pone pater.de qua iuſta cauſa ali-
quid dixi in l.j.§.præterea circa med.ff. de
quæſtio.& ſupra in ſing.114.incip. Vulga-
tū &c.vbi poſui not. verbum. & vnū aliud
poſui infra in ſing.233.incipien.Quæ de no
* uo &c.& 261.incip.Exceptio.(Et plura ēt
ponit Iaſo.in l. barbarius.nu.xvj. per duas
col.de offi.prętо.)Sed vltra omnes effectus
ipſius iuſte cauſe poſitos in dictis locis a do
ctoribus do tibi vnum alium effectum forte
notabiliorem ceteris,nam tu ſcis quod vltī
mum ſtatutum non tollit primū habēs clau
ſulam derogatoriam niſi in ſecundo fiat ex-
preſſa mentio & reuocatio primi ſtatuti de
rogatorij.vt voluit Cy. in diſputatione ſua
incip. Prima voluntas ſequētibus deroga-
toria &c.arg.l.ſi mihi & tibi.§.in legatis ff.
de leg.j.& in l.ſi quis in principio teſtamē-
ti ff.de leg.iij.& no.in l.fin.C. ſi contra ius
vel vtili.publi.& volunt Cano.in c.nōnul-
li.de reſcrip.& Bar.in tracta. ad reprimēdū
in verbo,non obſtante.Attamē quādo con-
ſtat ſecūdū ſtatutū emanaſſe ex aliqua iuſta
& rationabili cā monēte ſtatuentes quibus
viſum fuit primū ſtatutū fore inutile, tunc
per tale ſecundū ſtatutum cum clauſula ge-
nerali non obſtante videtur derogatum pri
mo quantumcunq; derogatorio, eo ꝙ cauſa
derogationis ſuperueniens habet in ſe vim
reuocationis. Ita fuit de mēte Bal.in c.j. de
conſti.lib.vj.quod dictum pro valde no.re-
fert & approbat do.Io.Bap.de ſancto Seue
rino in repe.l.omnes populi in xv. char. in

vet.quibus etiam adde ff.de iuſti, & iur. & do.Fely.in c.nonnulli.in vij.col.ver.Limita hoc de ſtatuto.extra de reſcrip.quod dictum dicit alibi non vidiſſe.pro quo allegās l.ſi cum cornelios ff.de ſo.& dicta l.ſi hominem.& tex.in auth.hæc cõſtitutio innouat in rubro & nigro.pro quo & dicit videndū fore dictum Bal.in l.j.in pe.colū.verſi.Item valet C.qui bo.ce.poſ.

232 Capias vnū pro ruſticis, cõiter extāt ſtatuta per Italiā quibus cauetur ꝙ in aliquo caſu villa teneatur ad reſtitutionē ſeu emēdationem damnorum datorum, an hoc caſu quælibet villa teneatur ad talem emēdationē:in quo dicas ꝙ nō,nam tale ſtatutum non habebit locum in villa in qua non ſint quinque hominesqui ſint patresfamilias.ita no.dixit Bal.in c.j.in ij.co.ver.Quero quot homines extra de elec. vbi idē etiam dicit eſſe in caſtro quod dictū referi do. Alex.in l.ſi.in pe.col.ante ſi.verſi.Item per illū tex. C.de teſta.ad quod dicit videnda eſſe not. per Bar.in l.prætor.la ij.in prin.ff.vi bono. rap.& per Ang.poſt Bart.in l.ſicut.§.in decurionibus ff.quod cuiuſq; vniuerſi. nomi. tene menti,quia alias vidi de hoc dubitari in contingentia facti.Et adde in ſimili quod fama ville non ſufficit vbi in villa nō ſunt niſi duo vel tres homines tātū.Ita no. Abb. antiquus in c.inquiſitionis de accu.quem refert & ſequitur Bal.in margarita ſua in verbo,fama in vij.verſi.vide tamen Bal.ſuper ſtatutis ſuper verbo,familia.vbi videtur in contrarium.

233 Quæ de nouo emergūt nouo indigēt auxilio l. de ætate §. ex cauſa ff. de interrog. act.vbi per Bar.& alios & hī in l. plane ff. vt in poſ.leg.& in l.j.in princi.ff.de ven.inſpic.& in c.paſtoralis de excep.& in c.ceterum de iura.calum.cū ſimil.de quo late locutus ſum in l.j.in.§.ſi.in iiij.char.parua ff. de quæſtio.vbi plura notabilia dicta adduxi in hac materia.& dixi etiam aliquid in l. ſi quęramus ff.de teſta.in vj.char.parua.pro quo facit no.verbum Bal.in l. iij.in ſi.C. de

✱ epiſco. aud.(Ad hanc materiam vide not. verbum Dy.in conſi.xx.incip.Super quæſtione qua quæritur vtrum filius &c.vbi dixit ꝙ licet ſtatutum vel ius commune dicat ꝙ in cauſa appellationis vel nullitatis non recipiantur noue probationes quod tamen recipientur ſi de nouo emerſerunt. quod dictum pro not.refert & ſequitur Flo.in l.quędam mulier in iij.colum.circa med.ff.fami. hercis.) Sed vltra omnia quæ in dictis locis dixi,addo vnum not.& ſingulare verbū iudicio meo, videlicet, ꝙ ſi ego procurator tuus ſatiſdedi de iudicio ſiſti & de iudicato ſoluendo pro te quē defendebam iuxta l.j. C.de ſatiſdan.& ea quæ habentur. in l. non ſolum in.§.qui alieno.ff.de procur.& in l.j. C.eod.cum ſimi. & poſtea tu efficiaris non ſoluēdo,vt quia bona tua iam incepta ſunt poſſideri per creditores tuos ꝙ iſta eſt iuſta cauſa recuſandi defenſionē tuā & vlterius non litigandi pro te,quia ſi ego condemnarer pro te & ſoluerem non poſſem poſtea a te recuperare,ideo nō teneor vlterius pro te litigare nec cõtra me cõmittitur ſtipulatio ob rē non defenſam.Ita ſingu.& egregie dixit Pau.de Ca.in l.mutus in.§.qui nō cogitur per illum tex.ff.de procura. quod eſt multum no.ad materiam dicte regule, quæ de nouo emergunt &c.& etiam ad limitationem illius regule,videlicet, quæ ab initio ſunt voluntatis ex poſtfacto ſunt neceſſitatis de qua in l.ſicut C.de act.& oblig. cū cõcor.ibi in glo.alleg.ad quæ vide ēt dicta infra in ſing.241.in ci.Non debet addi.

234 Paria delicta mutua compenſatione tolluntur l. viro atque vxore ff. ſolu. ma.l.l.cū mulier l a j. eodem titu.c. ſignificaſti.de diuor.capit.penulti.de adul.& cap.fina. eodē titu.& xxxij.quæſtio. vj.cap.nihil. cū multis ſimi.in gloſ.dictorum iurium allegat. & per Specu.nota.loquentem in titu.de accuſatio.in.§.primo in verſicu. quid ſi te vocaui latronem. (Et circa hanc materiam vide Iaſo. in l. in arenam in fin. Verbis C. de innoffic. teſta.) Et ideo tene menti quod licet mulier committens adulterium perdat dotem & actionem ipſius vt habetur in d.l. viro atque vxore. & in d.l. cum mulier. & in l.conſenſu.C.de repud. & in capitu. plerunque de dona.inter virum & vxo. Attamen ſi mulier commiſit adulterium nō perdit dotē ſuam ſi maritus ſuus tenebat concubinas, & ſimiliter committebat adulteriū. Ita ſingu.dixit Pau.de Caſt. in conſilio ſuo cxxviij. incip. Hæc mulier non debet excludi a petitione dotis.Et mouetur per dicta iura & per dictam regulam, quod paria delicta. Et idem tenet aperte glo.fin.in d.c. penulti.de adul. licet eam non alleget Pau. de Caſt. Quod dictum pro valde not.refert & ſequitur domi.Augu.Arimi.in addi. ſuis ad Angel.de Aret.in tracta.malefic. in verbo, Che hai adulterata la mia dona in iij. char.in penul.addi.ante fin. de qua doctrina feci mentionem in l.patre vel marito in

✱ ſecunda char.ff.de quæſtio.(Et idem tenet Spe.in titu.de cri.in modum excep.oppoſ.

§.in primis.verſicu.excipitur.) Pro qua fa
ciũt ẽt dicta per Abb. in c.cõſtitutus.de cõ
uer.cõiug.& per Raph.cu.quẽ omnino vi-
de in conſi.ſuo clxxix.incip. Domina An-
driola circa fi.vbi ẽt dicit qđ mulieri cõpe-
tit actio de dote ẽt cõſtãte matrimonio ma-
rito retinẽte cõcubinas.ad quod allegat plu
ra de quibus ibi per eũ.quod multũ not.ad
fauorẽ mulierũ & ad ampliationẽ dicte re-
gule,ꝙ paria delicta &c. & ẽt ad limitatio-
nẽ glo.ſing.in c.plerunq; de dona.inter vir.
& vxo.quæ voluit ꝙ ſicut mulier cõmitẽs
adulteriũ perdit dotẽ.Ita perdat bona para
phernalia.quam glo.dixit ſingularẽ Ludo.
ro.in ſing.ſuo 312.incipien.Propter adulte-
riũ &c. Tene mẽti,quia raro probatur adul
teriũ cõmiſſum eſſe per mulierẽ,quin poſſit
probari ſimiliter adulteriũ eſſe commiſſum
per maritum,quia rariſſimi ſunt qui ſtẽt cõ-
tenti propria vxore.vt cõiter dignoſcitur.
Et adde prædictis ꝙ ſicut viuẽte marito ꝓ-
pter adulteriũ vxor perdit dotem,ſimiliter
mortuo marito ſi vidua committit ſtuprum
perdit dotẽ,ſeu actionẽ ad repetendũ dotẽ.
Ita ſing.dixit Pau.de Caſt.in cõſi.ſuo cxxj.
inci.Reuocatur in dubiũ alleg.bonũ tex.cũ
gl.in l.pe.& ibi Bar.ff.de adul.vbi not.Bar.
ꝙ qui offenditur ex adulterio cõſtante ma-
trimonio ille offenditur ex ſtupro viduita-
te durante.Quod dictũ exclamat d.Iaſ.in l.
ij.in ij.col.ver.adde ꝙ illud ff.ſolu.mat.vbi
adducit Pau.de Ca.hoc idẽ tenentẽ in alijs
locis.& vide do.Fely.in c.paſtoralis de iu-
di.Et quãdo mulier quæ commiſit adulte-
riũ eſt mortua,an poſſit hoc hẹredibus ſuis
repetẽtibus dotẽ opponi.vide Io.de Ana.in
c.intelleximus in viij.col.de adul.

235 Procuratores,aduocatos, & alios moran
tes in palatijs rogo vt animaduertãt ad vnũ
per quod poterũt facere corruere mille ꝓ-
ceſſus & ſentẽtias,nã tu ſcis quod citatio eſt
magni effectus,vt dixi ſupra in quampluri
bus ſingularibus maxime in ſing.75.inci.ci-
tatio.Sed tene mẽti qđ ad validitatem actus
proceſſus vel ſentẽtie nõ ſolũ requiritur qđ
fiat ipſa citatio, ſed ẽt requirit quod iudex
cõmittẽs citationẽ exprimat perſonam vel
nomẽ nũcij per quẽ vult quod fiat talis cita
tio,alias ſi generaliter cõmitteret partẽ cita
ri & nõ exprimeret per quẽ nuncium non
valẽret citatio,Ita ſing.dixit d.Frã. de Are.
in cõſi.xxxiij.inci.Conſultatio præmiſſa in
iiij.col.ver.nec poteſt dici.circa med.illius
ver.ad quod alleg.Bal.in l.petẽs C. de pac.
Sed tu dicas quod hoc apertius voluit Bal.
quem ipſe non vidit in l. eius qui in prouin
cia in iij.colum.in verſicu.præterea.ibi, &
in nuncio videtur clarius &c.ff.ſi cer.peta.
* (Vide Bald. omnino in l.fi. circa med. vn-
de datur quod credatur &c.C.de exhiben.
reis.& Bald.in cap.venerabilis in ij.colum.
poſt med. de dolo & contu.) Tene menti,
quia ex hoc dicto poteris conſequi decus
& commodũ, maxime quia iſtud dictũ pau
cis eſt notum, & communiter iudices com-
mittunt citationem partis generaliter dicẽ-
do notario cauſe, facias partem citari ad ta
lem actum pro tali die & hora, nec aliter
exprimunt perſonam vel nomen nuncij,
ideo teneas perpetuo menti. Et iſtud di-
ctum poteris addere ad materiam incertitu
dinis quam ſatis late poſui in l.a vobis quo
que ff.de annuis lega.& latius in repe. mea
rub.C.de proba.in materia incertitudinis.
Et circa hanc materiã nuncij vide Ang. de
Are.nota.loquentem in.§.quadrupli. in vj.
col.inſti.de actio.

236 Dictio tanquam, eſt nota improprietatis
l.ſi pecuniam ff.ſi cer.pe.l.iubemus in.§.ſa-
ne el.j.C.de ſacroſan.eccle. voluit Barto.in
l.j.in fin.princip.ff.de offi.eius cui man. eſt
iuriſ.& Bald.in l.apud antiquos C.de fur.li
cet aliquando ſit expreſſiua veritatis ç. ſo-
lite.& ibi glo.de maio.& obed.c. primo &
ibi not.Archi.de homi.lib.vj.l.prima & ibi
not.Bald.in prin.ff.de hære.inſti.de qua di-
ctione vide etiam tex.cum glo. in c. cũ pro
cauſa.de ſen.excom.& in c.ex parte.de ſpõ
ſa.& per Barto.in l.ſi is qui pro emptore.in
xxiiij.colum.ff.de vſucap.& in l.ſi maritus
la ij.§.j.ff.de adul.& do. Ant.in c. nuper in
fi.extra de biga.& per d.Fely.in d.c.ſolite.
& per do.Alex.in conſi.ſuo xv.incip. Viſo
* proceſſu in ix.colum.in j.vol. (Idem dicas
in verbo, perinde.ſecundũ Fulgo. in l.licet
in predijs ff.in quib.cauſis pig.taci.cõtrah.)
Et ideo teneas mẽti vnum no.verbũ, videli
cet quod ſi ſtatutum dicit quod aliquis pu-
niatur tanꝙ falſarius,quod non debebit pu
niri pœna legis cornelie de fal.ſed alia pœ-
na arbitraria iudici.Ita ſing.dixit Bal. in c.
nonnulli.in.§.ſunt & alij. de reſcrip. quod
dicit eſſe menti tenẽdum quod dictũ refert
& ſequitur ibi do.Fely.in ix.col.in prin.&
in d.c.ſolite in ij.col.de maio.& obed.

237 Expenſe conuentionales valde differũt
ab expẽſis iudicialibus,nã habẽs iuſtã cau-
ſam litigãdi excuſatur ab expẽſis iudicij ſi
ſuccumbit,vt habetur in l.properandum in
.§.ſin autẽ C.de iudic.& in l. qui ſolidum.§.
etiam.ff.de leg.ij.& in l.eum quẽ temere.de
iud.& in c.finẽ litibus.de dolo & cõtu,cũ ſi.

Attamen licet habeat iuſtam cauſam litigādi non excuſabitur a pœnis conuentionalibus vt qñ inter ipſas partes conuentum eſt quod ſuccumbens in cauſa teneretur ſoluere expenſas ipſi victori, nam hoc caſu non habito reſpectu, an victus habuerit iuſtam cauſam litigandi, necne, condemnabitur in expenſis. Ita dixit gl. ſing. in auth. de iudi. in §. oportet, quam gl. ad hoc ſumme pōderat Ange. in l. properandum. §. ſinaūt alterutra, C. de iudi. & ibi Bal. & Bar. et Bal. in l. ſi mulier. in. §. ſi rem. ff. de leg. iij. & Bal. in authē. generaliter. in iij. col. C. de epiſco. & cle. & Bal. in l. eos. in. §. cautione. in j. col. C. de appel. de qua gl. & materia latius valde locutus ſum in l. patre vel marito. in iij. char. parua. ff. de queſtio. vbi omnino uideas. Sed vltra ibi dicta teneas etiā menti quod ſi iudex in ſententia abſoluit partes ab expenſis intelligitur ſolum ab expenſis iudicij, non ab expenſis conuentionalibus, quia non obſtāte tali abſolutoria pars ipſa obtinens poterit petere expenſas cōuentionales. Ita ſing. dixit Ange. de Are. inſtit. de pœ. teme. litig. in. §. hæc autem omnia. in fin. j. colum. quod dicit no. eſſe, iubens quod hoc nunꝗ exeat mentem legentis.

238 Differunt habitātes in prouincia ab habitantibus in cōfinibus ipſius prouincie. Et ideo ſi fit mētio de habitantibus in certa regione vel prouincia non comprehendūtur habitantes in confinibus. Ita ſing. dixit Domi. de ſancto Gemini. in c. j. in j. col. de tēpo. ordi. lib. vj. colligens hoc ex dicto Ioā. And. ibi, per quod ſequitur ſecundum eum quod in materia ſtricta emanāte ſuper prouincia Tuſcie, Lombardie, Romandiole & Marchie Triuiſane, non includitur Bononia, qa eſt ſita in confinio iſtarum quatuor prouinciarum, vt dicit patere in priuilegio ſtadij, quod dictum dicit eſſe no. do. Fely. referens eum in c. Rodolphus. in xiiij. col. ver. cæterum. de reſcrip. vbi dicit quod pro hoc dicto facit quod voluit Bal. in l. omnes populi. in xiiij. col. verſi. item ſi ſtatutum dicat. ff. de iuſti. & iure. quod dictum Bald. refert & ſequitur Pe. de Anch. in c. canonum ſtatuta. in iiij. membro. & alia de quibus ibi per eū. Et vide etiam bonum dictum Ang. in l. j. §. occiſorum. ff. ad Silla. vbi loquitur de maleficio commiſſo in confinibus.

239 Contumax ſeu moroſus non poteſt allegare pendentia litis, ſecundum Bar. in l. vbi ceptum. ff. de iudi. & in l. quanuis. ff. de damno infe. & in l. ſepulchri. ff. de ſepul. vio. Et ideo teneas menti quod ſi remiſſus ad curiā epiſcopalem ſuper aliquo incidēti eſt ibi in mora, quod tunc iudex primæ cauſæ poteſt ad vlteriora procedere, quia moroſus vel contumax non pōt allegare pendentiam litis in alio loco. Ita ſingu. dixit Bal. quem ibi refert & ſequitur d. Alexan. in l. de die. §. tutor. poſt med. ff. qui ſatiſda. cog. vbi dicit qđ cautela eſt quod iudex ſecularis qñ remittit partes ad curiam epiſcopalē pro aliquo articulo vt præfigat terminum intra quem debeat ſe præſentare coram epiſcopo quod facere poteſt iudex ſecularis, ut probatur in l. præſes. cum ibi no. & hoc voluit ibi Bart. per illum tex. C. de appel. de quo etiam latius per d. Alex. in d. §. tutor. vbi videas, qa iſtud eſt not. dignum in practica ſecundum eum ibi, quem refert & ſequitur. do. Fel. in c. cum ſit romana. in ij. col. de appel.

240 Regula legis, per hanc. C. de temp. app. videlicet non probatum probabo, & nō deductum deducam in cauſa appellationis habet locum, vt probatur ſeu deducatur aliqđ in cauſa appellationis de nouo circa prius petita in cauſa principali, non autem vt aliquid de nouo petatur, & ſuper eo aliquid probetur vel deducatur quod non ſit petitum vel deductum in cauſa principali, quia hoc non pertinet ad iudicem appellationis, vt in l. eos. C. de app. & ij. q. vij. in fi. Ita ſingu. dixit Abb. in c. ſignificauerunt. de exce. quem refert & ſequitur ibi d. Fely. in iiij. colum. vbi ipſe de hoc dicto facit feſtum, & dicit quod propter hoc datur ſingularis declaratio ad d. l. per hanc, & ad c. cum Ioannes. de fide inſtru. tene menti in practica, qa pau-
*ci animaduertunt ad hoc. (Vide Iaſ. in repe. l. admonendi. in xxv. col.) Et hic adde omnino ſing. dictum Inno. in ſimili ꝙ ego plene retuli in l. j. §. ſi. in xiiij. col. verſic. Et in-
*quantum. ff. de quæſtio. (Vide in ſingu. cl v. incipien. Doctrina.)

241 Non debet addi afflictio afflicto. c. cum percuſſio. vij. q. j. l. tam dementis. C. de epiſ. audi. l. diuus. ff. de offi. pſi. cū ſi. in gl. ibi alle. Et ideo teneas mēti quod ſi quis fuerit ſpoliatus bonis ſuis propter guerram ꝙ nō debet poſſe poſtea inſolidum conueniri a creditoribus ſuis, ita ſing. dixit Ioan. Fab. inſti. de actio. in. §. eum quoque. quod dictum ſecundum eum eſt pium & equum. & eum ſequitur Ioan. de Pla. ibi, & d. Iaſ. dicens hanc eſſe mirabilem deciſionem & notandā, quā tamen reliquit cogitandum. pro quo facit dictū Bal. in c. j. in fin. verbis. in ti. an agna. vel
*fil. (Vide omnino Bald. in ſimili in l. ij. C. de vectiga.) Et iſtud poteris addere his quę di-

xi ſupra i ſing.ccxxxiij.inci.Quæ de nouo.

242 Textum habes valde no.in l.fi.ff.de rei ven.dicentem quod ſi quis in veritate poſſidet aliquam rem & contra eum agatur rei vendicatione ad illam rem ſi ipſe negat illã poſsidere,& cõuincatur de mendacio quia actor probet ipſam poſsidere,tunc debet talis poſſeſsio incontinenti ab eo auferri, & in actorem transferri ẽt nihil de ſuo iure ꝓbante,de quo tex.late loquitur.d.Abb.in c.pe.in vj.col.de iura.calũ.& Ang.de Are.in §.omnium.inſti.de actio.ubi dicit idẽ eſſe ſi actum eſſet cõtra aliquem qui diceret ſe tenere pro Titio nominando Titium in iudicio vt haberet beneficium.l.iij.C.vbi in rẽ actio.cum ille Titius non eſſet dñs nec pro eo poſsideret,ſed poſsidebat pro ſe, tunc ſi conuincatur de mẽdacio debet priuari poſſeſsione,& illa eſt in aduerſarium transferẽda,& ita dicit tenere Spe.in ti.de j.& ij.decre.in.§.reſtat.verſ.quid ſi nominãs.& Bal.in d.l.fi.ff.de rei ven.ad quod ẽt vide Bald.idem tenentẽ poſt Bar.in d.l.iij.C.vbi in rẽ actio.in v.col.in xj.q.& Bal.in l.unica.C.de his qui pe.nomi.& in rubri.extra de eo qui mit.in poſ.rei ſeruan.cau.circa fi.& Inno.in c.qm̃ frequẽter.in.§.quod ſi ſuper. extra vt lite nõ conteſt.& ibi d.Ant.in ij.col.de quo etiã tex.in d.l.fi.ff.de rei vend.videas Abb.in conſi.xvij.inci.In quæſtione Ottonelli. & videas Lud.Ro.late loquentem in conſi.ſuo lxx.incip.Viſis themate.in ij.& iij.col. & Ang.ibi, per illũ tex.dixit in j.col.quod ſi emphyteota negat rem eſſe emphyteoticam & conuincatur de mendacio quod priuatur iure ſuo emphyteotico.& alle.Inno.idem tenere in c.cæterum.in fi.de iudi.licet contrarium videatur tenere Bal.in c.vaſallus.el j.ſi de feud.fue.contro.inter domi.& agna.in ij.col.ver.extra quæro virũ iſta pœna. Et idem dr̃ eſſe in vaſallo negante feudum,quia ſi conuincatur de mẽdacio priuatur iure feudi,tex.eſt no.in d.c.vaſallus.el j.Idẽ etiam dicas eſſe in creditore negante rẽ eſſe ſibi pignoratam,quia per talẽ negationẽ videtur repudiare ius pignoris,ſecundũ Ang.in l.titius.in.§.titius ſeio.ff.quib.mod.pign.vel hypo.ſol.& vide quæ dixi in auth.item

✻ poſſeſſor.C.qui pot.in pig.hab.(Et de pluribus alijs negantibus quibus probaf contrarium vide Iaſ.in l.j.in pen.& vlti.col.C.de tranſa.)Sed teneas tñ menti quod d.l.fin.ff.de rei vendi.procedit & locum habet quando reus ſpecialiter negat ſe poſsidere,ſed ſecus eſt ſi reſpondẽs libello diceret nego narrata prout narrantur eſſe vera,quia tũc per talem negationem non diceretur negare ſe poſsidere,eo quia per talem negationem videtur negare illud quod eſt ſubſtantia libelli,non aũt eius circunſtantias. Iſtud fuit not.dictum Bart.in l.ſi dubitetur.in.§.ita demũ.ff.de fideiuſſ.quod dictum refert & approbat do.Iaſ.in.§.omnium.in xx.col.in inſti tu.de act.dicens hoc dictũ eſſe perpetuo notandum quia vtiliſsimum in practica, vt cõuentus nunquam neget ſe poſsidere ne incidat in pœnã.d.l.fi.ſed ſimpliciter neget narrata in libello prout narrantur eſſe vera.& refert Ioan.de Imo.in d.l.ſi dubitetur.in.§.ita demum.diceret alias fuiſſe bene lucratũ, ſed hoc dicto , quod dictum ẽt ſequitur ipſe Ioan.de Imo.in d.l.ſi de hoc ita.ff.de re iudi. de quo latius per d.Iaſ.in d.§.omniũ.in xix.& xx.col.de quo tñ dicto vide d.Fely.in c.j.in iiij.colum.de lit.conteſt.in ver.ad iij.q.

✻ (Et illud dictum Bar.etiam refert & approbat Alex.in conſi.xcj.incip.In cauſa &c.in pe.col.in vj.vol.)Et vide etiam Bal.in l.error.in v.col.verſi.ſecundo caſu.C.de iur.& fac.igno.vbi videtur aliqualiter diſcrepare a ſupradicta doctrina.

243 Satis notum eſt in iure quod licitum eſt creditori capere debitorem ſuum fugientẽ etiã propria authoritate, vulgata.l.ait prætor.§.ſi debitorem.& ibi gl.& doc.ff.quę in frau.credi. & habetur per ſcribentes in l.j.C.qñ lic.ſe ſine iudi.vind.& in auth.& omnino.C.ne uxor pro mari.cum ſi.Sed poteſt quæri virum hoc liceat facere procuratori ipſius creditoris ſicut licet ipſi creditori? & certe videretur dicendum quod non , quia illud quod alicui perſonę cui ſpecialiter cõceditur ad alium non poterit tranſmitti, ſecundum Bal.in l.j in antepe.col.verſicu.ſed quid dicemus ſtatutũ permitit.C.vnde vi.& in l.vt vim.in iij.col.ff.de iuſti. & iur. ad quod alleg.l.cum patronus.ff.de lega.ij.de quo etiam per Bart.in l.non ſolum.ff.de iniur.& per Bal.in c.ad noſtram.de proba.& in c.j.§.ſi quis vero.de pace iura.firman. & in l.per diuerſas.C.man.contrarium tamen dicas eſſe verius, videlicet, quod ſicut licet ipſi creditori capere debitorẽ ſuum fugientem,ita hoc licebit eius procuratori, ita dixit gl.vnica & ſing.in iure,iuncta tex.in l.j.C.vbi quis decu.vel coar.in gl.parua,ĩ verbo,ab his. & ibi vide Ang.quam glo.refert & ſequitur,& de ea facit feſtum.d.Iaſ.inſti.de actio. in prin.in xv.col.verſi.aduerte ẽt.

✻ (Vide omnino Alex.in conſi.cxxxtij.inci.Circa executionem.in j.col.in vj.vol.)Et licet aliquis poſſet impugnare illam glo.pro-

pter dicta Bald.& aliorum in locis ſuperius
allegatis,& etiam quia illa gl.nihil alle.quę
non eſt tenenda ſecundum Bal.in l.reſpubli
ca.C.ex quib.cau.maio. Sed tu ſuſtinendo
illam gl.dicas ꝙ pro illa glo.eſt tex.no.in l.
refectionis gratia.in verbo,ego fabriq; mei.
ff.cõia præd.& ibi Pau.de Ca.eum ſumme
not.pro quo vide quæ dixi ſupra in ſingul.
clxxv.incip.Conceſſo vno.Et ad limitatio-
nem & reſtrictionem.d.l.an prætor.§.ſi de-
bitorem.vide Bald.in d.authen.& omnino.
in pe.col.C.ne vxor pro mari.quem refert
& ſequitur d.Augu. Ari.in addi.ad Ang.de
Are.ſuper maleficijs.in verbo, fama publi-
ca.in viij.char.in addi.incip.Tu autẽ in hac
materia teneas,& vide quæ dixi in ſingula.
xliij.incip.Debitor fugitiuus.

244 Tu ſcis illud quod fere omnibus notũ
eſt,videlicet,quod propter enormitatẽ deli
cti licitum eſt iura,ſtatuta,& conſuetudines
tranſgredi,ſecundum Inno.in c.j.de conſtit.
vbi per oẽs.& voluit Bal.in l.quid ergo.in
§.pœna grauior.ff.de his qui no.infa.in iiij.
col.& Bal.in c.j.in vj.col.qui feu.dare poſ.
& Bal.in l.ſi ſeuerior.in ij.col.C.ex quibus
cau.infa.irro.Bal.in l.j.in princ.v.col.C.qui
accu.poſ.Bal.in l.obſeruare.in.§.proficiſci.
in vj.col.ff.de offic.procon.Bal.in l.j.C.de
præci.impera.offer. Bald.in c.j §.iniuria.in
prin.de pace iura.fir.Bald.in auth.ſed nouo
iure.C.de ſer.fugi.in j.col.Bal.in c.iurgan-
tium.in fi.de re iudi. & volunt alij docto.in
pluribus alijs locis quos ſatis accurate redu
xi in repe.mea.l.fi.C.de proba.in lxxiij.&
lxxiiij.char.vbi plura notabilia adduxi in
materia.Sed iſtud dictum non intelligas ita
abſolute procedere,ſed reſtringe eum mul-
tum ſingulariter, videlicet, quod propter
enormitatem delicti licitum eſt iura ſtatuta
& conſuetudinis tranſgredi,hoc eſt verum
in maioribus magiſtratibus tñ quibus hoc
licet, ſed ſecus eſt in minoribus magiſtrati-
bus vt in poteſtatibus terrarũ,quia ipſi non
poſſunt leges vel ſtatuta tranſgredi ẽt pro-
pter enormitatem delicti,quia debẽt ſerua-
re ſtatuta ad vnguem.Iſtud fuit ſingulare di
ctum Bal.in auth.hodie per illum tex.C.de
iudi.quod dictum refert & ſequitur do.Iaſ.
inſti.de acti.in.§.ex maleſi.in ij.col.vbi pro
hoc dicto alleg.Lud.Ro.in l.ſi vero.in.§.de
viro.in xlvj.fallen.ff.ſolu.matri.vbi ſingul.
dixit ſecundum eum quod propter enormi
tatẽ delicti nõ licet magiſtratui leges tranſ-
gredi,ſed quod imo tunc debet conſult ſu-
perior.pro quo alleg. tex.quem dicit vnicũ
& ſingu.in iure in l.diuus, la ij.ff.de fal. &

dicit do.Iaſ.vbi ſupra quod iſtud dictũ Lu-
do.Rom.alibi non reperitur ſcriptum licet
ſibi videatur quod ille tex.nõ probet illud.
Sed parcat mihi excellentia do.Iaſo. quia
imo ille text.hoc dicit aperte.Et vltra eum
dico quod illud quod dixit Bal.in dicta au-
then.hodie.dixit etiam idem Bald.in auth.
ſed nouo iure.circa ij.colum.C.de ſer.fugi.
* vbi videas.(Vide quæ dixi infra in ſingul.
cccxvij.incip.Arbitrium.)

245 Quando.dubitatẽ de mandato tunc non
admittitur procurator ſine cautione de ra-
to.l.j.C.de procu.l.non ſolum.§.qui alieno.
ff.eod.habetur plene per doc.in l.vnica.C.
de ſatiſda.& licet regula iſta ſit vera,attamẽ
teneas menti quod iſta regula & iura prædi
cta & ſimilia ſunt limitanda niſi agatur de
magno præiudicio,& propter quam cautio
nem non eſſet ſufficienter prouiſum,quia in
tali caſu ſi, dubitatur de mandato procura-
toris.vt ſupra conſtituti, tunc non admitte-
tur cum cautione de rato.iſta fuit ſingularis
doctri. Pau.de Caſt.per illum text.in l.qui
ita.in.§.etiam abſentis.ff.ad treb.quod etiã
ſentit ibi Ang.quam doctrinam non memi-
ni me alibi legiſſe per quam poteris reſtrin-
gere & limitare.l.exigendi.C.de procur.&
in l.ſed & hęc.ff.eo.Et vide quæ dixi ſupra
in ſing.cix.inci.Infamis infamia facti.

246 Remiſſio iniuriarum facta in foro con
ſcientię licet non operetur in foro conten-
tioſo.vt habetur per Bal.in capitulo j.§.in-
iuria.de pace iuramen.firman.& per Bal.in
l.non ſolum.in.§.j.ff.de iniur.in ſuis addi.et
voluit Ludo.Roma.in l.ij.ff.ad Silla.& per
Bar.in dicta l.non ſolum.& in l.ſi tibi.§.pri
mo.ff.de pact.Tamen iſtud fallit ſi dixiſſet
ipſe iniuriam paſſus ſe facere plenam remiſ
ſionem iniurie, ita dixit Bald.& Ludo.Ro-
ma.in dictis locis quos refert & ſequitur do
mi.Fely.in c.inter quatuor.ante fi.de maio.
& obedien. vbi dicit quod hoc etiam tenet
Alexan.in dicta l.ſi tibi.& alleg.etiam Spe-
cu.in titu.de legato.in.§.j.verſic.quid ſi de-
gradatus.vbi dicit quod licet reſtitutio de-
gradati & priuati beneficio nõ trahatur ad
ipſum beneficium, tamen hoc fallit niſi ſit
plene reſtitutus.quod etiam voluit Io.And.
& Domi.in c.quanuis.de reſcrip.in vj.Pro
quibus etiam faciunt ſecũdum eum ibi pau
loante dicta per Barba.in repetitio.c.teſti-
monium.in penulti.char.in verſicu.illuſtris
domi.Marchio Ferrarien.&c. de teſtib.&
in capitulo eam te. in xij.colum.de reſcrip.
in verſiculo ego conſului. vbi dicit ſe ob-
tinuiſſe Ferrariæ quod licet iſta verba, fa-

cimus tibi gratiam, importent ſimplicẽ in-
dulgentiam & remiſsionem pœnæ, non aũt
reſtitutionem bonorum, vt finaliter conclu
dit Saly. contra Bart. in l. fi. ad fi. C. de ſentẽ.
paſ. hoc tñ fallit vbi princeps diceret faci-
mus tibi plenam gratiam, quia tunc ẽt recu-
perabit bona alienata per fiſcum, ad quod
inducit verba Bald. in ti. de pace conſtan. in
verbo, in plenitudine gratiæ noſtræ. Et alia
adducit do. Fely. ad hoc propoſitum in d. c.
inter quatuor. quæ per te videre poteris.

247 Principale propoſitum, vt ſcis, ſemper
attendi debet, vulgata l. ſi quis nec cauſam.
ff. ſi cer. peta. l. ſed & ſi quemcunq; . in fin. ff.
ad l. Aquil. l. qui iniurie. in prin. ff. de fur. cũ
ſimi. pro qua regula poſſem plures ſingula-
res doctrinas adducere quas alias cumula-
ui pro ampliatione ipſius regulæ quæ præ-
ſentialiter omitto. Sed ſolum do tibi ſingula
re verbum in hac materia, videlicet quod
ſi ſtatutum punit leuãtes rumorem & vnus
inimicum ſuum percuſsit, ex quo incidẽter
ſequutus fuit rumor quod hoc caſu talis nõ
debet puniri pœna ſtatuti, quia ille princi-
paliter non intendebat offendere rempubli
cam nec leuare rumorem, ita ſing. conſuluit
Bal. in ciuitate Aſsiſij per tex. in l. ſi quis in-
genuam, in. §. in ciuilibus. ff. de cap. quod di
ctum refert & approbat d. Catal. de viſo. in
trac. ſuo ſyndi. in verſi. cccxciiij. inci. Adde
tamen quod ille nõ dicitur perturbare &c.
quæ omnia ponit & approbat d. Fel. in rub.
de treu. & pace. in iij. col. in fi. & vide in ſi-
mili dicta ſupra in ſing. clxxvj. inci. Volun-
tas & propoſitum. & vide d. Nellũ in tract.
bannito. in ij. parte ſecũdi temporis. q. xiij.
inci. Sed circa idem. & d. Iaſ. in l. ſi quis nec
cauſam. in iij. col. ff. de iuriſdi. om. iudi. & q̃
* ego dixi in c. ij. prope fi. de homic. (Vide in
ſimili no. dictũ Fulgo. in l. quid ſit fugitiuus.
ff. de edil. edic. in prin. & do. Alex. in conſil.
cxiij. incip. Viſo inſtrumento. in fi. in ij. vol.
& Soci. in conſi. lxxx. incip. Præſens conſul
tatio. in iiij. col. circa med. in iiij. volu. & ibi
in conſil. cxxj. incipien. Præmittenda eſt in
ſecunda colum.)

248 Conditio mulierum licet in pluribus ca
ſibus ſit deterior conditione maſculorũ, at-
tamen capias plures caſus notabiles, in qui
bus conditio mulierum eſt fauorabilior. Et
primo quo ad carcerationem. Nam mulier
regulariter pro debito carcerari nõ poteſt,
quod tñ ſecus eſt in maſculo, probatur in l.
j. C. de offi. diuer. iudi. & in authen. ibi poſi-
ta. & in auth. ſed nouo iure. C. de cuſto. reo.
& habetur per Bar. in auth. matri & auie, in
iiij. col. C. qñ mulier offi. tu. fungi põt. & vo
luit Bart. in l. ſi quis ſub conditione. in viij.
col. ff. de teſt. tut. & Bal. in l. j. ff. qui ſatiſda.
cog. & Bal. in l. j. in iiij. col. C. qui bon. cede.
poſſ. Bal. in l. etiam. in v. col. C. de execu. rei
iudi. Bald. in l. conſentaneum. in pen. col. C.
quõ & qñ iud. Bald. & Imo. in l. ſi quis poſt.
ff. de teſta. Lud. Ro. in l. alia. §. eleganter. in
iiij. col. ff. ſo. ma. & Matheſi. in not. ſuo cviij.
& per Alb. Gandi. in trac. ſuo maleſi. ſub ru
bri. quid ſit agendum reo præſente. in iij. co
lum. verſicu. ſed quid ſi non appareat. in fin.
* (Vide Bal. in conſil. cccxiij. inci. In punctis.
in ij. vol.) Quod tñ non procedit in cauſa tu
tele & eius adminiſtrationis, quia tũc bene
poterit mulier carcerari, ſecundum Bart. in
d. authen. matri & auie. & in d. l. ſi quis ſub
conditione. a Lud. Ro. in d. §. eleganter. &
Matheſi. in d. no. cviij. & Ang. in l. qm̃. C. de
cuſtod. reo. Nec etiam procedit in muliere
meretrice, quia illa carcerari poterit ſecun-
dum Bal. in d. l. conſentaneum. & Ang. in d.
l. qm̃. & Lud. in d. §. eleganter. Quod tñ ve-
rum intellige niſi talis meretrix ſit marita-
ta, quia tunc incarcerari non poterit ſecun-
dum Ioan. And. in addi. Spec. in ti. de iniur.
& damno dato. Pro quo facit dictum Bald.
in compendioſa ſua. in rub. de quæſtio. circa
ſniam. verſic. xiiij. quæritur. vbi dixit quod
ſtatutum dicens quod meretrix poſsit impũ
ne offendi non habet locũ in meretrice ma
ritata. Et facit dictum Bald. in l. j. in vlt. col.
C. de raptu virg. vbi dicit quod licet lex il-
la nõ habet locum in meretrice, tñ ſecus eſt
in meretrice maritata, ad quod vide Bal. in
l. fi. ff. de rer. diui. & in l. raptores. circa prin
ci. C. de epiſ. & cle. & per Ang. in l. verũ. ff.
de fur. & Matheſi. in nota. ſuo cj. Potes etiã
limitare prædictam regulam niſi mulier re-
cuſaret redire cum viro ſuo, quia tunc pote
rit perſonaliter capi & cogi redire cum vi
ro ſuo, vt habetur per Abba. in c. literas. in
vlt. q. vbi etiam per alios de reſti. ſpol. Et te
neas menti circa hanc adminiſtrationẽ tute
le, quod nedum ipſa mulier pro cauſa admi
niſtrationis tutele poteſt carcerari, ſed etiã
ille qui accepit in vxorem mulierem quæ
fuit tutrix filiorum ſuorum nõ reddidit ad-
miniſtrationem antequam contrahat matri-
monium, bona ipſius viri ſunt obligata pro
dicta adminiſtratione. Ita ſing. dicit tex. in l.
ſi mater. C. in quib. cau. pig. taci. contrah. &
ibi Bald. multum exclamat illum tex. & di-
xit quod eum ſumme habent notare illi qui
contrahunt matrimonium cum viduis. & vi
de etiam duo iura ſimilia allegata per gloſ.

d.l.ſi mater. Item in alio caſu conditio mu-
lierum eſt melior, nam in caſibus in quibus
quis in iudicio comparere cogitur perſona-
liter nunquam illis caſibus mulier cogi po-
teſt, ſecundum Bald.in l.fi.C.de procura.&
Bal.in c.j.de iudi.in vj.Item & alio caſu cõ-
ditio mulierum eſt fauorabilior, nam ſi lega
tum eſt factum monaſterio nec apparet cui
in dubio intelligitur factum tale legatũ mo-
naſterio mulierum & ſic monialium, nõ aũt
virorum. Ita dixit Bal.poſt Cy.in l.cũ mul-
te.C.de dona.ante nup.& Bald.in l.in mul-
* tis.ff.de ſtatu ho.(Et Iaſ.in.§.ex maleficijs.
in xiij.col.in princ.inſti.de actio.) Item alio
etiam caſu conditio mulierum eſt fauorabi-
lior, nam ſtante ſtatuto quod nullus audiat
contra inſtrm̃, item quod nullus magnũ in-
grediatur palatium certe non habebit locũ
in muliere volente vti beneficio Velleiani
cõtra inſtrm̃ contra eam productum, ſecun-
dum Bal.in d.l.in multis. Item ſtante ſtatuto
ꝙ filij bannitorum expellantur de ciuitate,
attamen non expellentur filiæ fœminæ. Ita
dicit Bal.& Saly.in l.quicunq;.in iiij.col.C.
de ſer.fugi. Item ſi mulier ſit inuenta cũ ar-
mis etiam ſi non inueniat fideiuſſorem non
tñ debet duci ad palatium, ſed debet relaxa
ri præſtita cautione iuratoria de ſtando iu-
ri, auth.nouo iure.C.de cuſto.reo. Ita no.in-
quit Bal.in l.ſed & ſi is.ff.de i ius voc. quod
dictum refert & ſequitur do.Fely.in c.lege-
batur.in prin.de maio.& obed.& idem di-
xit Bal.in addi.Spec.in ti.de ſenten.in pen.
char.in ver.Titius fideiuſsit.& Bal.in l.ne-
mo deinceps.poſt med.C.de epiſc.& cle.&
Ang.de Are.in trac.maleſi.in verbo, pro q-
bus Antonius fideiuſsit.in ij.char.in ver.&
aduertas &c. Et vide ad prædicta quæ dixi
in ſing.cclxxvj.inci.Dixi tibi. Item alio ca-
ſu conditio mulierum eſt melior, nam mu-
lier non poteſt etiam pro maleficio capi in
domo. Ita dixit Bal.in addi.Spec.in ti.de ci
tatio.in ij.colum.verſicu.an nuncius poſsit.
pro quo faciunt dicta per Bald.in dicta le-
ge ſed & ſi is.

249 Obligatio ſine cauſa non valet, vt ha-
betur in l.cum de indebito.in.§.fin.ff.de ꝓ-
ba.& in c.ſi cautio.extra de fide inſtr.& vo
luit gl.in l.inſtrumenta.C.de probat.& in l.
generaliter.in verbo, cauſam.C.de non nu-
me.pecu.& Bar.in l.nuda.C.de dona.& Sa
ly.in l.j.C.de confeſ.Bar.in l.j.C.de eden.&
alij plures docto.quos ad hoc retuli in l.j.§.
præterea.in xxxij.col.in forma parua.ff.de
quæſtio. Attamẽ teneas menti quod licet ta-
lis obligatio ſine cauſa non probet verum
plene, ſecus aũt ſemiplene, nam talis obliga
tio ſine cauſa ꝓbat ſemiplene, ita dixit Spe
cu.poſt Marti.de Fa.in ti.de cõfeſ.in.§.nũc
videndum.in vij.colum.verſi.ſed nunquid.
Quod dictum pro valde no.exclamat Lud.
Ro.in conſi.ſuo ccclxxiij.quod inci.In caſu
propoſito.ante fi. Et idem dixit d.Alexan.
in conſi.ſuo iiij.incip.Circa primum quæſi-
tũ.in pe.col.in j.vol.& in conſi.ſuo lxxxiij.
incip.In cauſa & lite.in j.vol.& d.Ant.in d.
c.ſi cautio.de qua materia latiſsime dixi for
te vltra omnes in d.l.j.§.præterea.in xxxij.
col.cum ſeq.ff.de quæſtio.

250 In materia legitimationis filiorum per
ſubſequens matrimonium dixi tibi ſingula
re verbum ſupra in ſing.cxxj.incip. Credo
te ſcire. Sed præſentialiter dico tibi vnum
aliud in eadem materia non minus ſolenne
iudicio meo, videlicet quod filij naturales
legitimentur per ſubſequens matrimoniũ,
vt dixi in dicto ſing.cxxj. attamen ſi alij fi-
lij legitimi & naturales adſunt, iſti natura-
les non legitimabuntur per ſubſequens ma-
trimonium tm̃ niſi tempore ſequuti matri-
monij ſiant inſtrumenta dotalia, ita ſing.di
xit Bal.in l.cum multe.in j.col.in fi.C.de do
na.ante nup.& in l.neque.C.de nupti. quod
dictum pro valde no.refert & ſequitur An-
ge.in l.contrahitur.ff.de pign. Ex quo ipſe
ſingulariter infert ad vnum, videlicet quod
ſi pater habens filios & concubina illã po-
ſtea accipit in vxorem ſine inſtrumentis do
talibus, deinde poſt matrimonium contra-
ctum habuit ex ea filium, & ſic legitimũ &
naturalem, ex poſt moritur pater ab inteſta
to, qualiter ſuccedunt iſti filij? dicit qđ ex
quo nõ interuenerunt inſtr̃a dotalia primo
genitus non ſuccedit quia naturalis, ſed ſuc-
cedet ſecundo genitus quia legitimus & na
turalis, quod dicit ibi Ang. eſſe figendũ cor
di perpetuo, ſi aderant filij legitimi & natu
rales tempore dicti matrimonij contracti,
alias ſi non adfuiſſent alij filij legitimi & na
turales. Ita ſuccederet primo genitus ſicut
ſecundo genitus, quia ad eorum legitimatio
nem non requiruntur inſtr̃a dotalia niſi qñ
adſunt filij legitimi & naturales, vt dixi,
ideo tunc ambo eſſent equales in ſucceſsio
ne, tene menti quia eſt vere nota. verbũ exi
ſtens apud paucos, fateor tñ quod prædicta
ſolum procedunt de iure ciuili, vt etiam te-
net glo.in.§.fi.inſti.de nup.& ibi doc. ſecus
autem eſt de iure canonico, quia de iure ca
nonico non requiruntur inſtr̃a dotalia ad ta
lem legitimationẽ filiorũ fiendam per ſubſe
quens matrimonium, ſecũdum d.Abb.in c.

tanta.in prin.qui filij ſint legiti.& Ange.de Are.in d.§.fi.inſti.de nup.quos videas.

251 Connexorum idem eſt iudicium.l.proinde ſi ſeruum.ff.ad l.Aquil.l.lucius.la ij.in §.paulus reſpondit.& ibi Bar.poſt Iaco.de Are.ff.de admi.tut.l.quid ergo.§.ſufficit.& ibi Bal.ff.de contrario iudi.tute.c.cum ſingula.de præb.in vj.cum ſi.in gl.ibi alleg.& voluit Ioan.de Imo.in cõſi.ſuo cxxxix.incip.Præfatus ſimus.in ij.col.vbi plura allegat ad hoc.& do.Franc.Are.in conſilio ſuo xxix.incip.Diligenter.in xij.col.verſic.his breuiter.& d.Alex.in conſi.ſuo cxcvj.inci.Circa primum.in vlt.col.poſt med.in ij.volu.Pro quibus faciunt dicta per Bald.in c.j.de capi.qui curiam ven.& per gl.in c.quia in tantum.de præben.vbi dicit quod diſpenſatio extenditur ad cõnexa.& facit no.verbum Pau.de Ca.in conſi.ſuo xxviij.incip.Viſo puncto.in prin.vbi dixit quod procurator apponẽs manus ad connexa mandato non dicitur excedere fines mandati.& idẽ in delegato dixit gl.j.in c.licet ergo vij.q.j.& idem in arbitrio dixit Inno.in c.cum dilectus.de arbi.& idem in teſte dixit Bal.in l.peremptorias.C.ſen.reſcin.non poſſ.Et faciunt dicta per Pau.de Ca.& d.Alex.in l.ij.in prin.per illum tex.ff.ſi quis cau.vbi dixerunt quod tranſactio facta ſuper ſorte operatur etiam ſuper pœna tanquam ſuper cõnexo.quod dictum refert & ſequitur d.Fely.in c.ſuper literis.in xiij.col.de reſcr.vbi etiã dixit,ꝙ iuriſditio ſuper principali extenditur ad connexa alleg.glo.in.§.accuſatus.in verbo,iudicari.de here.in vj.quã allegant ad hoc Ang.Ioan.de Imo.& d.Alex.in l.qui rome.in.§.duo fratres.ff.de verbo.obli.& alleg.etiam tex.in cle.ij.in verſi.eas quo quomodo tangentes.de iudi.& poterat allegare text.& quæ ibi habentur in c.j.de iudi.in vj.Et ſubdit etiam d.Fely.in d.c.ſuper literis.quod liberatio ſuper principali extenditur ad dependentia & cõnexa etiã non expreſſa,ad quod allrg.Barto.in l.aurelius.§.caius.in vj.q.ff.de libe.leg.& alia adducit ibi d.Fely.de quibus ibi per eum,de qua materia vide q̃ late dixi in l.j.§.diuus hadrianus.ff.de quæſtio.& q̃ dixi d.Fely.in c.translato.in iij.col.de conſtitu.& in c.j.in ix.col.verſic.ſecunda declaratio &c.vt lite non conteſt.vbi dixit quod in mandato facto alicui intelliguntur contineri connexa ſeu dependentia,ad quod allegat notabiles doctrinas de quibus ibi per eum.Teneas tñ menti quod tranſactio generalis facta ſuper re de qua litigabatur licet extendat ad connexa & acceſſoria,vt habetur in l.ſi de certa.& in l.age.& in l.ſub prætextu.C.de trãſa.cum ſi.tñ non extẽditur ad expenſas.Ita ſing.dixit Ioan.And.in addi.Spec.in ti.de j.& ij.decre.in.§.ſequitur.in addi.inci.Quod iudex intra anuum &c.quod dictum referunt pro valde notab.aliqui Moder.in d.l.ſi de certa.C.de tranſa.quod eſt multum notab.cum ſæpe de facto contingat,pro quo optime faciunt dicta per Spe.in ti.de accuſ.in.§.j.in vj.col.verſi.quid ſi vulneratus.vbi omnino videas.de quo etiã dixi in l.patre vel marito.in materia expenſarũ.ff.de qõ.

252 Iuramentum calumnie debet præſtari a litigatoribus in principio iudicij vel quãdo ſunt requiſiti iurare.l.j.& fi.& quaſi per totum.C.de iura.calum.imo tale iuramentum tanquam introductum fauore publico non poteſt pacto priuatorum remitti.tex.eſt in l.fi.§.ſed quia veremur.C.de iura.calum.Et ſcias quod dictum iuramẽtum calumnie eſt tante importantie & effectus,quod ille qui recuſat præſtare ipſum iuramentum perdit cauſam.Ita ſing.dixit Ange.de Are.inſti.de pe.teme.litig.in prin.in ij.col.verſic.aduertas &c.alleg.hoc voluiſſe Iac.But.in l.ij.C.de iura.calum.& iſtud dictum multũ exclamat Ange.vbi ſupra.& dicit,teneas perpetuo menti & nunquam exeat mẽtem tuam.Sed profecto mirandum eſt de Angel.quod tantum iſtud dictum exclamet,quia de hoc dicto habemus text.aptum in terminis quẽ ipſe nõ vidit in authen.vt litig.iurent.in.§.illo videlicet.& in authẽ.principales.C.de iura.calum.quæ extracta vel ſumpta eſt ex dicto.§.illo videlicet. Hippo.de Marſilijs.Iuris Vtriuſq; Doctor Bononienſis.

253 Forenſes nõ ligantur ſtatuto ciuitatis ſecundum Bar.& alios in l.cunctos populos.C.de ſum.tri.& Iac.de Are.& Bal.in l.ſi nõ ſpeciali.C.de teſta.& late per Cano.in c.j.
* de conſti.(Vide in materia forenſium not.verbũ Catal.in trac.ſyndi.in ver.cccccxlv.incip.Adde quod ſtante &c.)Et ſicut nõ patiuntur onera ciuitatis & non ſupponuntur ſtatutis ciuitatis ita non gaudent beneficio ſtatuti ipſius ciuitatis,argumẽ.l.ſi vnus.§.ſi vnus.ff.pro ſoc.& in l.manifeſtiſſimi.§.cũ in ſecunda.C.de furt.& facit l.ſecundum naturam.ff.de regul.iur.cum multis ſimi.Et faciunt optime dicta per Socin.in conſil.ſuo cxx.incipien.Cum in præſenti.in vij.& x.colum.Et ideo teneas menti quod ſtante ſtatuto ꝙ debitor debitoris capiatur ad petitionem creditoris non poterit capi debitor debitoris ad petitionem creditoris forenſis.

Ita ſing.dixit Lud.Ro.in conſi.ſuo cxxiiij.
incip.Iſta captura facta de Graiiolo &c.ad
quod alleg. Ange.in conſi.ſuo incip. Dicta
actio ſine ceſsione . quod dictum pro valde
not.alleg.& ſequitur Barba.in tracta.Cardi
nalium.in ij.q.ſecundi tract.vel ſecūdæ par
tis incip.ſequitur in ordine.in ix.col.verſi.
& ideo conſuluit.vbi dicit quod pro hoc di
cto etiam facit not.verbum Pau.de Caſt.in
conſi.ſuo cccxlv.quod incip. Statutum ſu-
pra relatum.in vlti.col.vbi conſuluit quod
ſtatutum arctans communitatem ad emēda
tionem damni dati alicui nō arctat eam q̄n
damnum paſſus eſt forenſis cum ſtatutū vo-
luerit prouidere ſubditis ex quo ſupportāt
onera ciuitatis non autem extraneis. Tene
menti quia iſta ſæpe eueniūt in facto.de qua
materia vide etiam Albe.Gandi.in trac.ma
leficio.ſub rub.de rebus non portan.contra
* deuentum.in ij.col.verſi.præterea.(Et Ca-
tal.in tractatu ſyndi.in verſi.cccccxlv.inci.
Adde q̄ ſtante ſtatuto.)

254 Ex illicito coitu contrahitur affinitas.
c.diſcretionem.c.pen. & fina.de eo qui co-
gno.conſan.vxo. ſue.l.non facile.§.nōnun-
* quam.& ibi gl.ff.de gradi.cum ſi.(Vide So
ci.conſil.cxx.incip.Circa primum &c.in fi.
iij.volu.) Quod tñ intellige verum quo ad
impediendum matrimonium,ſecus aūt quo
ad puniendum aliquem de inceſtu quia tūc
talis illicitus coitus non operat' vt quis poſ-
ſit puniri de inceſtu. Et ideo dixit conſulen
do multum egregie Pe.de Ancha.in conſil.
ſuo cccxcij.inci. Videtur prima facie. quod
licet aliquis concubuerit cum vna ſorore ſe
crete,& poſtea aliam ſororē duxerit in uxo
rem palam , quod tamen propter hoc non
debebit puniri pœna inceſtus, quod dictum
pro valde no.refert & ſequitur do.Auguſti.
Arimi.in ſuis addi.ad Ang.de Are.in tracta.
malefi.in verbo , Che hai adulterata la mia
dona.in penul.addi. in fi.verbis.quod dictū
eſt notandum , quia ſæpe contingit ex quo
poſſunt limitari dicta iura,& vere nunc pē-
det de facto. Hippolytus de Marſilijs Iuris
Vtriuſque Doctor.

255 Subrogatus ſapit naturam illius in cu-
ius locum ſubrogatur.l.ſi eum.§.qui iniuria
rum.ff.ſi quis cau.l.ſi donate.in.§.ſi ſpōſus.
ff.de dona.inter vir.& vxo.l.filiæ.§.titia.ff.
labeonẽ.ff.de edili.edic.& Io.And. in regula, ꝙ qñis mandato.de reg.iur.in vj.in mercu.& Bal.in l.j.C.de pe.& Alex.in d. cõſil. cxiiij.incip. ponderatis &c. in ij.colũ. ante med.in j.volu.& Bal.in l.huiuſmodi in.§.ſi iſta ff.de leg.j.Limita & tertio ſecundũ Iaſ. in d.l.ſi creditoris.quando rebannitus dato ꝙ actualiter non ſit cãcellatus de banno tñ per ſolenne inſtrumentum poſitum in archiuo publico appareret per eum fuiſſe actualiter ſolutam tantam pecuniam per quantã erat in banno poſitus, & qua ſoluta eximitur a banno quia tunc non dicitur amplius figuraliter nec ſubſtantialiter bannitus al. leg.ipſe Iaſ.hoc voluiſſe Bal.& Rapha. Cuma.in d.l.huiuſmodi.§.ſi ita. & dicit ꝙ hoc tamẽ ibi limitat Ioã.de Imo. vt procedat ſi iuxta bannum facta ſit mẽtio de ſolutione, alias tenet ꝙ adhuc occidens nõ veniat puniendus cum adhuc etiam poſsit probabiliter ignorare.quod tñ dictum non approbat Iaſ.in d.l.ſi creditoris.quod ego ẽt improbo ex pluribus quæ adduci poſſent. Et maxime per ea quæ ego dixi de archiuo publico in repeti. mea rub.C. de proba. in lviij. & lvj.colum.vbi videas. Limitat etiam Iaſ. p dicta vbi ſupra non habere locum in bannito qui tolerabitur a ſuperiore,nam talis bãnitus nõ poterit impune offendi licet ſit deſcriptus in banno & in libro bannitorum, vt dixit Saly.in l.nullus C. de iude. de quo dicto vlterius me non extendo,quia late de illo dicto locutus ſum in ſing.meo.77. inci. patiẽtia &c.vbi videas.Et circa illud quod dixi de eo qui ſciebat bannitum habuiſſe gratiã vel coluiſſe vel debere de proximo rebanniri.Si vis ſcire ex quibus præſumatur ſcientia,vide Ang. in l.titius in.§.lucius titius ff.de lib.& poſthu. An autẽ quãdo aliquis eſt bãnitus pluribus bannis debeat vnã habere abſolutionem vel cancellationem vel plures,vide do.Nellum in tract.ſuo bãnitorum,in iij.parte ſecũdi tẽporis,in lxxij. q.incip.quero Titius &c. Et circa materiã banniti non cancellati & materiã cancellationis,vide Bald.ẽt in l.ex morte C. ad leg. aquil.Bald.in l.quid ſit fugitiuus.§.apud labeonem ff.de edil.edic. & in l.j.in ij.col.C. ſi a non compe.iudi. & vide quæ dixit do. Nellus in tract.bannitorum,in iij. parte ſecundi temporis q. lxxiiij.incip. In ciuitate ordinatum eſt &c.Et quę ego dixi in practica mea cauſa. crimi. in.§.aggredior numero xxx.cum ſeq.& in l.j.in princi.in ix.colum.ff. de ſicca. Tene menti perpetuo quia audeo dicere ꝙ ab aliquo iſta plene in limiti non ſunt adducta, & vere ita ſunt quotidiana & lucroſa, quod eſſent literis aureis inſcribenda.Et ego illa millies habui in facto in diuerſis locis & ciuitatibus &c. In hac materia vide etiam Cor.in conſil.xvij. incipien.In hac conſultatione in primo volumi.& domi.Philip.Decium not. loquentem in conſilio cccxxvij. viſo per totũ.& vide ſingularia verba Alex. in hac materia in conſil. ſuo cccj. prꝿalleg.incip.Vtilis dubitationibus in iij.col. in verſicu. ad prædicta etiam benefacit.

341 Ille qui tenetur ad aliquid faciendũ ſub pœna intra certum tempus,ſi illud nõ fecit intra illud tempus,quia ad illud faciendum non fuit monitus vel interpellatus non cadit in pœnam,ita dixit do.Abb.in c.pen. in penul.colum.extra de iudi.& Bald.in c.j.§. iudices in iij.col.de pace iura.fir.& Bald.in conſi.ſuo lxj.incip. ſuper contentis &c. in vj.vol.& Catal.in tracta.ſyndi.in ver. xlij. iuti.Adde quod ſi tu iudex &c. Vbi dicunt ꝙ ſi iudex tenetur expedire proceſſum vel cauſam intra certum tempus ſub certa pœna, non cadit in pœnam ſi non expediuit, quia pars non inſtetit & eũ non interpellauit.Pro quo facit l.iiij.§.hoc autẽ iudicium ff.de dam.infec.& facit tex.in l.j.in.§.magiſtratibus ff.de magi.cõue.vbi dicitur quod magiſtratus qui nõ dedit tutorẽ vel curatorem minori tenetur,quod verũ eſt, dicit ibi tex.ſi ad hoc interpellatus fuit,alias non.& facit gl.in l.vniuerſa C.de preci. impe.offe. vbi text.dicit qđ habens dilationem abſoluendum a principe tenetur ſatiſdare de ſoluendo finito termino,alias non gaudet commodo dilationis.Et gl.ibi dicit hoc eſſe verum ſi talis ſatiſdatio petatur a creditoribus, alias ſecus.Et per illam gloſſ. dicit ibi Paul. de Caſt. not. verbum.Pro quibus faciunt plura & plura quæ ad hoc propoſitum ſimul reduxi in l. vnius facinoris in.§. cogniturum in j.ij. & iij. colum.ff. de quæſtionib. & faciunt dicta per domi. Franciſ. de Aret. in capitu.ſecundo in ij. column.de accuſatio. & facit optime quod nota. dixit Soci.in conſilio ſuo cxxxiij.incipien.Profecto ni fallor &c.in j.colũ.poſt prin. Teneas tamen menti quod licet ad hoc vt quis cadat in pœnam non faciendo requiratur monitio vel interpellatio,vt ſupra dixi, tamen quando quis promittit vel obligatus eſt ad aliquid faciendum ex aliqua particulari obligatione. Et etiam ſtatutum arctat eum ad illud faciendum , tunc vt ſtatutum aliquid operetur tenetur illud facere ſine mo-

nitione, alias cadit in pœnam. Ita dixit Federi. de Senis in conſilio ſuo ciiij. incipien. Quod non fecerit reſidentiam &c. quem refert & ſequitur Abb. in c. qm̄ frequenter. in §. porro. in vj. col. extra vt lit. non conteſt. quos refert & ſequitur Socin. in conſil. ſuo cxxxiij. incip. profecto &c. in fi. verbis. Pro quibus faciunt dicta per eundem Feder. de Sen. in conſi. ſuo cv. incip. conſueuerunt viſitatores &c. quem uide. & vide quę dixi in l. patre vel marito. in vij. col. ff. de quæſtio. & vide omnino in materia iſta Iaſ. in l. vnica. circa fin. C. quando lib. prin. datur. & faciunt dicta per Corſe. in nota. ſuo. in verbo, prohibitio. quem vide.

342 Quando teſtis eſt omni exceptione maior abſq; dubio in ſimilibus facit ſemiplenā probationem, in criminalibus facit indiciū ad torturam. Ita habetur in l. admonendi. ff. de iureiur. & in l. in bone fidei. C. eo. & in l. maritus. & in l. fi. ff. de quæſtio. & in l. fin. C. eo. Iſtud intellige eſſe verum qn̄ talis teſtis eſt rite & legitime examinatus, ſecus autē ſi non ſit rite & legitime examinatus, qm̄ tūc non facit ſemiplenam probationem nec indicium. Ita no. dixit Bal. in c. j. in. §. ſacramētum. in ij. col. de cōſue. recti feu. quem refert & ſequitur Barba. in conſi. ſuo xj. inci. illud in medium &c. in antepe. col. in iiij. volu. & facit quod voluit idem Bal. in auth. ſed & ſi quis. in vlt. col. C. de teſti. vbi dixit ꝙ teſtes inordinate recepti non probant etiam ſi eſſent recepti a cardinalibus. Et facit dictum eiuſdem Bal. in c. j. in j. col. cum ſucceſsio. tene. vbi dixit ꝙ vbi non eſt ordo deficit ſubſtantia. Et teneas etiam menti in hac materia quod licet vnus teſtis omni exceptione maior faciat indicium ad torturam, vt dixi hoc eſt verum ſi cum ipſo teſte concurrant alia indicia, ſecus ſi eſt ſolus ſine aliјs indicijs, ꝙ tunc talis teſtes ſolus non faciet indicium ad torturam. Ita dixit Cy. in l. fi. C. de quæſtio. quem refert & ſequitur Alexan. in conſi. ſuo cccxiij. inci. viſo themate anteſcripto &c. in j. col. quos refert & ſequitur Iaſ. in repe. l. admonendi. in lxxvij. col. ff. de iureiuran. in ver. x. prædicta regula &c. Tene menti, quia iſta ſunt quotidiana & lucri ac honoris plena in contingentia facti.

343 Veriſimilitudo eſt maxime importātie & maximi effectus, vt apparet ex his quæ dixi ſupra in ſing. ccxcviij. incip. remotum a veriſimili &c. & infra in ſing. cccxcvj. incip. veriſimilitudo &c. & in l. j. in prin. ff. de quæſtio. & in repe. mea rub. C. de proba. in materia veriſimilitudinis. Et patet etiam ex tex. valde ſing. in l. titius. in. §. lucius. ff. de li be. & poſthu. & ex tex. l. fi. ſecundum intellectum Bar. C. de poſthu. hæredi. inſtitu. vbi prouiſio teſtatoris facta in vno caſu procedit in alio caſu in quo teſtator veriſimiliter idem ſtatuiſſet. & facit gl. ſingu. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. quæ vult ꝙ qn̄ veriſimile eſt ꝙ ſtatuētes idem ſtatuiſſent ſi fuiſſent interrogati habetur ac ſi ſtatutum eſſet, quā gl. extendit Bal. ad reſcripta & generaliter ad alia in l. j. C. quæ res pigno. obli. poſ. & l. barbarius. in verſi. ſed & ſi ſciſſet. ff. de offi. præto. de qua gl. ego plura dixi alias conſulendo, vt apparet in pluribus cōſilijs meis. & dixit Bal. in l. teſtium. in pen. col. C. de teſti. quod magis creditur paucis teſtibus veriſimilia deponentibus q̄ centum veriſimilia non deponentibus. & dixit Bal. in l. ſcripturæ. in ij. col. & ibi Saly. C. de fide inſtr. ꝙ in probationibus multum attenditur veriſimilitudo. & dixit d. An. I c. ſuper hoc. de renū. ꝙ iudex nō debet admittere exceptionem nō veriſimilem. & dixit d. Alex. in l. ſi duo patroni. in princ. in ij. col. ff. de iureiur. quod teſtes alias non idonei ſi deponunt veriſimilia vel habent præſumptionem pro ſe efficiuntur idonei. & dixit Angel. in conſil. ſuo ccxlviij. incip. Phil. Ciuis de Florentia &c. in ij. col. quod nulla diſpoſitio tam generalis eſt quæ trahi debeat ad ea de quibus nō eſt veriſimile diſponentem vllatenus cogitaſſe. quæ omnia refert Iaſ. in l. ſi extraneus. in ij. col. ff. de condi. cau. da. cau. nō ſecu. &c. Sed vltra eum circa hanc materiam veriſimilitudinis ſcias ꝙ licet non valeat dictū teſtis parte non citata iuribus vulgaribus, de quo late dixi in repe. mea. l. fi. C. de probat. in xxxvj. char. tñ ſi depoſitio talium teſtiū ſit veriſimile debet apud bonos & graues viros qui inſpecta ſola facti veritate procedunt concludere, ſecundum Bal. in l. ſolam. circa fi. C. de teſti. quem refert & ſequit do. Franci. de Are. in conſi. ſuo cxxvij. incip. In cauſa do. Antonie. in ij. col. quos refert & ſequitur do. Philip. Deci. in conſi. ſuo liij. incipi. placet &c. in pen. col. &c. & illud dictum Bal. etiam refert et ſequitur idem d. Fran. de Are. in conſil. ſuo lxxxiiij. incip. diligenter ponderatis &c. in iij. col. & Iaſ. in l. certi cōdictio. in. §. ſi nūmos. in vij. col. ff. ſi cer. pet.

344 Taciturnitas quandoq; eſt magni effectus & importantie, vt patet in l. cum oſtendimus. ff. de fideiuſ. tuto. & ex his quæ dixi in ſing. meo lxxvij. incip. patientia. & ex dictis per do. Philip. Deci. in conſil. ſuo lxvj. inci. de duobus &c. in vj. col. in fi. & ex his

quę addidi ad d.l.cum oſtendimus. Et patet etiam ex dictis per do.Iaſ.in l.cũ proponas. C.de pac.& in l.non minorem.verſi.ſecundo limita.C.de traſa. Et inter alios effectus operatur probationem debiti. Nam qñ mutuaſti pecuniã nullo teſte præſente ad hoc vt poſsis probare dictum mutuum, cautela eſt vt tu ſcribas vnam literam illi cui mutuaſti coram duobus vel tribus teſtibus qui legant cõtinentiam ipſius literæ in qua ſcribas quod tu rogas illum cui mutuaſti quod reſtituat tibi illa centum quę tu ei mutuaſti, & poſtea mittas dictam literam illi debitori tuo per vnum ex illis teſtibus qui vidit et legit continentiam illius literæ. Nã ſi poſtq̃ ipſe debitor legerit dictam literã, & ſtatim non fuerit proteſtatus q̃ miratur de tali litera, eo quia non eſt tibi debitor in aliquo ſed tacuerit, tunc per talem taciturnitatem inducitur probatio pro te contra illũ debitorem de illis cẽtum, adeo quod ex hoc poteris cogere eum ad ſoluendũ dicta centum. Ita no.dixit Bar.in l.ſi.fa.la.ij.per illũ text. ff.ad macedonia.& idem ipſe dixit in l.quo enim.in.§.j.ff.rem ra.habe.& Bar. in l.ſi tabernam.in.§.idem quæſiij.ff.de pig.& in l. publica. in fi.ff.depo.& idem firmat Math. in no.ſuo xxij.incip.Nota mirabilem &c. vbi alleg.d.l.ſi.fa.& tex.in cle.j.de procur. idem etiã voluit Bald.in l.ſi procurator abſentis.in prin.ff.de procu.& Bar.& Bald.in l.titius ſeio.ff.de conſti.pecu.& Bal.in rub. C.de fi.inſtru.in antepe.col.verſicu. quæro quid de literis &c.& in l.ſi literarum.C.de ſolu.& in l.ſi.C.ad maced.& Bal.in l.ſi literas.C.manda.& in l.ſi.C.de noua.& in c.ex parte.in.vij.col.de reſcrip.& in c.ſi.in viij. col.de iureiuran.& Io.de Imo.in l.qui in domini.ff.de teſta.& in l.non ſolum.in.§.morte.ff.de ope.no.nun.& in cle.j.de procur.in fi.& Lud.Ro.in l.quæ dotis.in vij.col.ff.ſo lu.matri.& Abb.in c.non iuſte.in iij.col.de procu.& Abb.in cõſi.ſuo xviij.inci.in cauſa & quæſtione.in ij.col.& Cæp.in cautela ſua xj.inci.pone q̃ filius &c.& doc.in l.fin. C.ad maced.Item voluit gl.in l.pomponius ſcribit.ff.in quib.cau.pig.taci.contraha.& ibi voluit Ang.& Imo.& d.Phil.in c.cũ M. Ferrarien.in xviij.col.de conſti.& do.Lau. Calca.in conſi.ſuo xviij.incip. Ad primum videtur &c.in iij.col.& d.Alex.in cõſi.ſuo cxlvij.incip.ponderatis verbis.in iiij.colũ. in ij.vol.& Iaſ.in repe.l.admonendi.in lxij. col.de iureiur.De quo etiam dixi in conſi. meo xlviij.incip.In cauſa & lite.in ij.char. & latius dixi in repe.mea rub.C.de proba. in ij.colũ.vbi omnia ſupradicta addaxi. Et circa hanc materiam ſcias quod ſi debitor in ducentum dicit creditori, accipe tua centum quæ tñ tibi debeo, ſi creditor tacet ſibi p̃iudicat, quia dr̃ fateri ſe tñ debere habere centum & non vltra, ſecus aũt ſi nõ appoſuit dictionem taxatiuam tantum. Ita no. dixit Bart.& Rapha. Cu.in l.ſi cum dos.ff. rerum amo.quod dictum refert & ſequitur Lud.Ro.in l.j.ff.ſi quis iuſdi.non obtempe. & Iaſ.in l.ſi quidem.C.de tranſact.& in.§.ſi minus.in ij.col.inſtit.de actio.Teneas etiam menti ſing.verbum in hac materia taciturnitatis, videlicet q̃ ſi filie vnius ex fratribus fuit data dos per patrem de bonis communibus alijs fratribus tacentibus & nõ cõtradicentibus, videntur fratres qui non contradixerũt eorum partem donaſſe. Ita dixit Ioan.de Imo.in quodam conſi.ſuo incip. In caſu præmiſſo de pluribus eſt videndũ &c. in iiij.dubio. vbi expreſſe dicit quod dotes date filiabus alicuius, intelliguntur date de cõibus bonis fratrum ſi ſunt date ſciẽtibus fratribus nec aliquid proteſtantibus, adeo q̃ tales dotes tempore diuiſionis nõ ſunt in partem illius computande cuius erant filiæ, quia fratres non contradicentes videñt partem eorũ donaſſe, per id quod no.in l.ſi ſeruus cõis.ff.de dona.inter vir.& vxo.quod dictum pro valde not.refert & ſequitur do. Phil.Deci.in conſ.ſuo lxvj.inci.de duobus. in antepe.col.in fi.quod etiam tenuit Socin. in conſil.ſuo v.incipi.ſupraſcriptis inſignes doc.in iiij.col.verſic.circa ſecundam.in iiij. vol.& ibi in conſi.ſeq.& idem voluit Pau. de Ca.in conſi.cxxij.incip.ad primũ reſpõdetur.in ij.col.pro quo optime faciunt dicta per do.Phil.Deci.in conſi.cclxvij.inci.non excidit.in ij.colum. ad fi.vbi omnino vide, quod ꝑfecto eſt perpetua memoria dignũ, cum ſæpe de facto contingat. Ad quæ vide etiam Iaſo.in authen.quod locum. in iiij.& v.colum.C.de colla.

345 Maritus ſi confeſſus eſt in aliquo dotali inſtrumẽto vel alius eius nomine ſe habuiſſe & recepiſſe dotem, poteſt ſi eam vere nõ habuit intra debitum tẽpus opponere exceptionem non numerate dotis.l.ſi.& authen. ibi poſita.C.de dote cau.non nume.l.ſi voluntate.C.de dot.promiſ.habetur in l.in cõtractibus.in.§.ſed quoniam.C.de non numera.pecu.& in.§.fuerat.inſtitu.de actio.quod intellige niſi dictæ exceptioni ſit renunciatum, vt in dictis iuribus. Iſtud tamen procedit & locum habet quando maritus confeſſus fuiſſet ſe dotem accepiſſe ab eius vxore

vel ab eius patre, ſecus autem ſi confeſſus fuiſſet ſe habuiſſe dotem a tertio, quia tunc præſumitur ſemper fuiſſe actualiter numerata. Et ideo tunc non admittitur exceptio non numeratæ dotis, iſtud fuit ſingula. verbum Salyc. in authen. ſed iam neceſſe. C. de donatio. ante nup. quod dictum pro ſingularißimo refert & ſequitur Iaſ. in. §. fuerat. in xxiij. colum. in verſi. vnum etiam non omitto &c. inſtit. de actio.

546 Præſcriptio interrūpitur pluribus modis, vt habetur per Abb. in c. illud, extra de præſump. & per doct. in pluribus & diuerſis locis quos refert Bertha. in repert. ſuo in verbo, præſcriptio interrumpitur. in j. ver. vbi latißime loquitur circa hāc materiam. Et inter alios modos interrūpitur ipſa præſcriptio per citationem legitime factam, ſecundum Ioan. Andr. & alios in c. propoſuiſti. de foro compe. & in c. licet. de offic. dele. & in c. venerab. lis. & in c. cum plures. eo. titu. lib. vj. Bar. in l. ex hoc edicto. in prin. in j. colum. & ibi Alexan. in v. colū. vbi allegat alios plures tenentes hanc partem. ff. de eo per quem fact. erit. & Angel. in l. ad peremptorium. ff. de iudi. & Oldra. in conſilio ſuo cclviij. incip. quia tota &c. in iij. col. & Bar. & Alexan. in l. accuſaturus. ff. de adult. Tene tamē menti ꝙ nunquam per citationem interrumpitur præſcriptio, niſi de tali citatione ſit facta relatio per nūcium iudici. Et talis relatio ſit in ſcriptis redacta. Ita dicūt docto. in clemen. ij. vt lit. penden. quod dicit Pe. de Ancha. ibi hoc eſſe ſingularißimū dictum. Et refert ſe illud audiuiſſe a Bald. in voce dicentem hoc tenere Guil. de Cu. in l. ſicut. C. de præſcriptio. xxx. ann. quod dictum refert & ſequitur Iaſ. in. §. pœnales. in xxvij. colum. verſic. & circa prædicta. inſti. de actio. quod eſt not.

547 Matrimonium metu cōtractum eſt nullum & non tenet, ſecundum gl. in l. j. in fi. ff. de autho. tut. voluit Cardi. in clementi. j. in xvij. q. de conſangui. & affini. & Oldr. in cō ſi. ſuo xxxv. incip. factum tale eſt &c. & docto. in c. conſanguinei. de re iudi. Bal. in tracta. ſchiſma. in vj. colum. & habetur in capitulo quod locum. & in c. ſeq. extra de ſponſa. & per Innoc. in c. cauſam matrimonij. de offi. deleg. per Bart. in l. fi. ff. ſi quis aliq. teſt. prohi. & per Bal. in l. j. C. eo. ti. per gl. in l. ſi mulier. in. §. ſi dos. ff. quod met. cau. quod eſt verum ſi metus ſit talis quod cadat in conſtantem virum, alias non, vt habetur in c. veniens. el ij. de ſpon. de quo etiam per Alex. in conſi. cccxcj. incip. in cauſa &c. & in conſi. ibi ſeq. & in conſi. clvj. incip. viſo proceſſu &c. in v. vol. & in conſi. ſuo cccxiiij. incipi. quoniam matrimonium tamē carnale nō inualidatur propter metum reuerentialem patris, vt eſt tex. no. & ibi Bal. & Salyc. in l. ſi patre cogente. ff. de rit. nup. ad quod tamē vide quæ dixi ſupra in ſingul. cxlvij. incip. Filius præſens. & in ſingu. ccxv. incip. validum eſt argumentum. Dicas tamen & perpetuo teneas menti ꝙ in matrimonio ſpirituali, puta, in ingreſſu religionis facto per filium vel filiam coacte propter reuerētiam paternam vitiatur tale matrimonium & talis ingreſſus, ita dixit gl. ſingul. in c. præſens clericus. xx. q. iij. quam glo. pro valde no. refert & ſequitur Iaſ. in. §. quadrupli. in ix. colum. in ſi. inſtitu. de actio. vbi dicit illam gl. eſſe perpetuo notan. quia ſæpe contingit de facto, ꝙ filiæ inuitæ, quia forte ſunt deformes aut claudæ, propter reuerētiam patris, ingrediuntur monaſterium aut virginitatis habitum ſuſcipiunt, quod per hoc vitiatur ingreſſus & profeßio, ita ꝙ ſine præuaricatione poteſt deſeri & deponi. Ad quod etiā dicit videñ. etiam eſſe tex. in c. cum virum, & ibi domi. An. extra de regu. & Imo. in l. ſi cum dotem. in. §. eo autem tempore. ff. ſolu. matrimo. & tex. in c. j. & ibi gl. & Abb. extra quod metus cau. de quo etiam per Alexan. in dicto. §. eo autem tempore. in penul. colum. & per Iaſ. in authen. ingreßi. in j. colum. C. de ſacroſan. eccle. pro quibus etiam facit, nam ſi filia propter nimiam reuerentiam patris iurat, tale iuramentum eam non obligat. ita not. dixit Bald. in l. etiam. C. ad velleia. & in l. pactum quod dotali. in iij. colum. in princip. C. de collatio. quem refert & ſequitur domi. Anbe. Catanius. in tractatu ſuo violantes. in verbo, mulier. in nona char. in ij. colum. & faciunt dicta per domi. Philip. Decium in conſi. ccxix. incipien. viſo puncto. in iij. colum. in fin. verſicu. ſeptimo adduco. Tene mēti prædicta, qđ a pluſquam quotidiana ſunt. Et nimirum ſi quandoque moniales ſunt inhoneſtæ & turpem ducunt vitam in vituperium religionis & ſuorum affinium. Nam hoc euenit quia ipſæ fuerunt factæ moniales contra earum voluntatem.

548 Libellus generalis & incertus regulariter non admittitur, vt habetur in lege ſi in rem. ff. de rei vendic. & in l. prima. §. ſi quis argentum. ff. depoſi. & in l. prætor edixit. in princip. & in. §. quod autem prætor ait. ff. de iureiuran. & in l. in actione. ff. de furt. & in capitulo j. ij. & iij. de libel. obla. cum ſim.

Hæc autem regula limitatur multis modis,
ſed inter alias limitationes limitatur hoc eſſe
verum ſi opponatur a patre, ſecus aūt ſi nō
opponatur, quia tunc procedit talis libellus
generalis & incertus. ita habetur per doct.
in l.ſi. vbi gl. C de ann.excep.& glo.in l.j.in
prin.in glo.magna.ff.de eden.& ibi Bart.in
vlt.col.& habetur in c.abbate ſane.de re iu
di.in vj. Iſtud tñ ꝙ libellus incertus & gene
ralis ac obſcurus procedit reo non opponē-
te, eſt verum, & procedit in cauſis ciuilibus,
ſed ſecus tñ eſt in cauſis criminalibus. Et
ideo ſi dicerem accuſo Titium de omnibus
maleficijs quæ commiſit nō procederet ac-
cuſatio etiam parte non opponente, per l.li
bellorum.in prin.iuncto verſi.quod ſi libel-
li.& ibi Bar.ff.de accu.ita multum ſingu.di
xit Bal.in l.j.in xij.col.C.de confeſ.quod di
ctum pro no.refert & ſequitur Iaſ.in.§.cu-
rare.in v.col.in verſi.ad vnum tñ ſingu.ad-
uertas &c. inſtit.de act.de quo etiam ſecun
dum eum habetur per Bald.met in addi.ad
Spe.in ti.de ſenten.in xx.col. & per Ang.in
repe.l.ſi vacantia.in v.char.C.de bon.vac.
lib.x. Et ex hoc dicto habes no.limitationē
ad tex.in l.abſentem.ff.de pœn.vbi dicitur
ꝙ in cauſis criminalibus proceditur ad in-
ſtar ciuilium.ad quem tex.ponit aliam limi
tationem gl.valde no.in c.de indicijs. quod
eſt cap.primum.iij.q.iij.quam gl. pro valde
ſingu.refert & ſequitur Ludo.Ro.in ſingul.
ſuo cccccccxviij.incip.quæro nunquid &c.
Et alia limitatio ad illum tex.colligitur ex
dictis per me in l.j.§.ſi.in ij.col.in ver.ſcias
tamen vnum &c.ff.de quæſtio.vbi videas.

349 In his in quibus tractat de præiudicio ir-
reparabili recedimus a regulis iuris cōmu-
nis.quod patet. Nā licet quis non poſſit ap-
pellare a grauamine futuro in iudicialibus,
quia non grauatus non appellat, vt habetur
in c.ante ſniam.& in c.non ita.ij.q.vj.& vo
luit Bar.in l.titia.ff.de accuſ.in v.col.& do.
An.in c.ex parte.in pen.col.extra de appel.
& habetur late per Canon.in c.vt debitus.
eo.ti.tñ iſtud fallit vbi tractatur de præiudi
cio irreparabili, vtputa, ſi pronūciatur quis
torquendus.nam licet nōdum ſit tortus po-
terit tñ appellare ne torqueatur cū per tor-
turam tractetur de eius præiudicio irrepara
bili.Ita habetur in l.ſi quis procuratorē.C.
de appel.& per d.Card.Alex.in d.c.vt de-
bitus.in ix.col.de appel.vbi ad hoc allegat
etiam not.per Bar.in l.ij.ff.de appel.recip.
pro quo faciunt not.verba Bal.in d.l.ſi quis
prouocatione. & dicta per d.Fely.in c.cum
ſuper.in pe.col.de re iudi.& in c.cum inter
R.priorem.in viij.colum.de excep.& per
Ang.de Are.in trac.ſuo maleſi.in verbo, Et
dictus Titius ſe defendēdo.in j.char.in vlti
mo ver.incip.dixi &c.poſt prin.& per do.
Fely.vbi omnino videas in c.ſignificauerūt.
in vlt.col.poſt med.de excep.& in d.c.cum
ſuper.in iiij.col.ante med. Patet etiā ex his
quæ dixi in l.ſi quis ne quæſtio.in j.col. &
in l.j.in prin.in iij.col.verſic.& ſubdit Bar-
to.&c.& ibi in viij.colum.verſi.ſequeretur
etiam &c.ff.de quæſtio. Et ideo tene menti
ꝙ licet merus executor habeat conſcientiā
ſuam cōtra ſniam quam debet exequi cum
videat illam iniquam, tñ tenetur illam exe-
qui, vt volunt doc.in c.paſtoralis.§.quia ve
ro.& in c.præterea.de offic.delega.& in l.ſi
vt proponas.& in l.executorem.vbi per gl.
& Bal.C.de execu.rei iudi. Tñ hoc fallit in
cauſa criminali ī qua tractatur de pœna cor
porali, quia in talibus cauſis merus execu-
tor non debet exequi ſententiam iniuſtā cō
tra conſcientiam ſuam, quia damnum talis
executionis eſt irreparabile. Ita nota. dixit
Innoc.in d.c.paſtoralis.in d.§.quia vero.qd
dictum refert & ſequitur Iaſo.in.§.ſi minus
in vij.col.in prin.inſti.de actio.ad quod etiā
allegat Pau.de Leaza. & Pet.de Ancha.in
cle.j.de re iudic.& Bald.in l.addictos.C.de
epiſco.audi.pro hoc etiam facit illud ſaty-
rici, videlicet, Nulla vnquam de morte ho-
minis contentio longa eſt. Et vltra eum di-
cas ꝙ tu pro prædictis optime faciunt dicta
per do. Nellum in tractatu ſuo bannitorum
in iiij.parte primi tempo.in v.q.incip. Quin
to quæro &c.in verſi.ego vero &c.vbi no-
tanter loquitur &c.

350 Damnum quod quis ſua culpa ſentit ſi-
bi imputet & non alijs.l.ſi fideiuſſor.ff.man
da.l.ſi merces.in.§.culpe.ff.loca.l.inter om-
nes.in.§.pen.ff.de furt.l.j.§.vſq; adeo.ff.de
iniur.l.iij.§.ſi quis volentem.ff.de liber.ho.
exhi.cum ſim. Et ideo teneas menti, nam tu
ſcis quod ſi ſit facta locatio ī emphyteoſim
alicui pro ſe & filijs, non comprehendūtur
filij adoptiui, ſecundum Spe.in ti.de loca.in
§.nunc aliqua.in verſi.lxviij.& habetur in
c.adoptiuis.in ti.ſi de feud.fue.contro.inter
do.& agna, hoc tñ intellige verum eſſe niſi
ad inſtantiam concedentis ſeu locatoris fie-
rent filij adoptiui, quia tūc tales filij adopti
ui comprehenderentur in tali locatione. Ita
no.dixit Soci.in l.ſi cognatis.in xij.colum.
in ſi.ff.de reb.dub.quod etiam extendit ad
materiam.l.ſi vnquam.C.de reuo.dona.de
quo ibi latius per eum. Pro quibus faciūt di
cta ꝑ Soci.met in fallentijs ſuis in ccclxxij.

fallen.in prin.quod eſt no.& faciunt etiam dicta per eundem Soci.in conſi.ſuo vj.inci.licet adijcere.in ij.& iij.col.in iiij.vol.& dicta per me in repe.mea rub.ff.de fideiuſſ.in xix.q.ante fi.& dicta per Lud.Ro.in ſingu.ſuo ccccLxviij.incip.emptor &c.

351 Amicitia magna idem operatur ꝙ coniunctio ſanguinis.l.cum allegas.C.de caſtrẽ.pecu.lib.xij.& gl.in c.ij.in gl.pe.de teſta.in vj.gl.& ibi Abb.in vlt.col.in c.requiſiſti.de teſta.Cy.Saly.Alex.& Iaſ.in l.exigendi.C.de procur.Ioan.And.in c.fi.de poſtu.& Cy.in l.inuitus.in iij.col.C.de procur. Pro quo facit optime tex.in l.ij.in prin.in uerbo,amici.ff.qui pet.tut.& facit tex.& gl.ſing.in l.in teſtamento.ff.de fideicom.liber.quæ dixit ꝙ affectio facit ꝙ ex teſtamento non ſolenni quæcunque legata debeantur,de quo tex.& gl.dixit plura ſingularia Iaſ.in l.non dubiũ.in ij.col.C.de teſta.& faciũt dicta per Bal.in l.ſi iure.C.de teſta.manu.et per Soci.in conſi.ſuo lxviij.incip.Ioannes &c.in pe.col.in prin.& per Barba.in repe.l.cum acutiſsimi in xiiij.col.in verſi.& ſi verbis daretur audacia &c.C.de fideicom.vbi conatur ſuſtinere quod diſpoſitio.d.l.cum acutiſsimi.& l.cum auus.ff.de condi.& demon.& l.generaliter.§.cum ſautẽ.C.de inſti.& ſubſti.&c. habeat locum etiam in perſona valde dilecta teſtatori. Et hoc ex pluribus iuribus & maxime propter gl.in l.ij.C.in quib.cau.colo.cenſi.lib.xj. Sed iſtud dictum improbat Iaſ.in d.l.exigendi.in pen.col.C.de tranſa. & pro ſupradictis faciunt optime dicta per Barba.in conſi.ſuo lxxv.inci.ſapienter.in iiij.col.in iiij.vol.& in eo.vol.in conſi.xxij.incip.Clementiſsimum.in ij.col. Modo ex ſupradicta concluſione pluribus iuribus roborata a doct.in dictis locis,videlicet ꝙ iura loquentia in affine vel cõiuncto ſanguine habent locum in amico magna amicitia coniuncto. Ego infero ad vnum multum ſingulare,videlicet ꝙ ſicut ego impune poſſum occidere illum qui fecit inſultum cum armis contra conſanguineum vel affinem meum pro defenſione ſua,ſicut ego poſſem pro me tali caſu talem inſultantem impune occidere,vt dixit Bal.in l.raptores.in iij.nota.C.de epiſco.& cle.quem refert & ſequitur Iaſo.in l.j.in ij.col.C.de indic.vidui.tol.vbi plura ad corroborationem huius dicti,ita potero impune occidere inſultantẽ cum armis amicum meum maxima amicitia cõiunctum per prædicta.quod audacius affirmo, quia hoc expreſſe voluit Bald.in l.vt vim,in ij,col,verſic,quinto quæritur &c.ff,de inſti.& iur. Pro quo allegat quæ habentur in l.cum alienam.C.de lega. Vide tamẽ Saly.in l.nullus.C.de maledi.& mathe.quæ videtur dicere vnum verbum contra prædicta, ſed eius dictum poteſt reprobari per ſupradicta,de quo etiam dixi in repeti.mea l.j.C.de rap.virgi.in xlix.char.vbi videas.ad quod etiam vide Corne.in cõſi.cciiij.incip. Pro deciſione.in ij.col.in j.vol.& vide do.Fely.in c.ſi vero.el j.in ſi.de ſen.excom.vbi dicit ꝙ licitum eſt occidere aggreſſorẽ etiam ſi aggreſſum nunq̃ cognouiſſes,alleg.gl.in c.j.in verbo , hactenus.xxiij.q.viij.de quo ibi latius per eum. Tene menti,quia ſæpe contingit in facto.

352 Sepius vidi dubitari circa vnum , videlicet ſi fiat treuga vel pax , bannito , an illa ſit ſibi ſeruanda, & an non ſeruans eam cadat in pœnam conuentionalem ? in quo breuiter dicas quod talis non ſeruans talem pacem vel treugam nõ cadit in pœnam.ita dixit Bal.ſuper ſtatuto.in verbo.pax.in j.verſi.& do.Nellus in tract.bannito.in iij.parte ſecundi temporis.q.ij.incipi.quæro bannitus &c.& ibi in q.ſeq.de quo etiã per Bald.in l.iuriſgẽtium.in.§.ſi paciſcar.el j.& in.§.ſi paciſcar.el ij.ff.de pact.vbi tenet quod talis pax non valeat. Et ideo ꝙ contrauenĩes non cadat in pœnam quod dicit obtinuiſſe in contingentia facti quod dicit procedere etiam ſi pœna ſit promiſſa cum iuramento. De quo etiam per Ioan.And.in regula, fruſtra.de reg.iur.in vj.in mercu.& per Barto.Bald.Ang.& Imo.in l.quid ergo.in.§.ſi hæres.per illum tex.ff.de lega.j.& per Bart.in quæſtione ſua incip.Lucanæ ciuitatis.& in l.eleganter.in.§.fi.per illum tex.ff.de pign.actio.& per doc.in l.j.C.qñ lice.ſe ſine iud.vindi.& per Bar.Bal.& Ang.in l.j.in.§.non autem.per illum tex.ff.de dol.& per Bal.in l.j.in vlt.col.C.ſi a non compe.iudi.& in l.paciſci.ff.de pac.& per Iaſo.in l.conuentionem.in j.col.ff.de pac.& per d.Phil.Corne.in conſi.ſuo clxxv.incip.conſului.in j.vol.& per Alexã.latius loquentem in l.qui ſeruum.ff.de verbo.obli.vbi etiam limitat prædicta. Et dicit iſta eſſe vera qñ cuilibet iure publico competeret facultas offendendi bãnitum,ſecus ſi ſolo offenſo,quia tunc poterit per pactum tolli alleg.in arg.l.j.in fin.& l.iij.ff.de adimẽ.leg.& l.iuriſgentium.in dicto.§.ſi paciſcar.& dicit qđ ita limitat Bald.in l.reos.in xiiij.col.C.de accuſa.& Bal.& Salyc.in dicta l.accuſationis.ff.quod metus cau.de quo latius valde dixi in practi.mea cauſarum criminali, in clxvj.char.vbi om-

nino videas, quia iſta ſunt multum vtilia & valde quotidiana.

353 Datio pecunie & interuentus ipſius inducit delictum vbi alias delictum non eſſet, & hoc patet in pluribus caſibus. Primo apparet in teſte qui accipit pecuniam vt dicat verum teſtimonium, nam talis teſtis incurrit pœnam falſi, ſecundum glo. Bar. & alios in l.j. in prin. ff. de fal. & ibi dixi in j. colum. & idem dicit ibi gl. Bar. & alij in iudice accipiente pecuniam vt iuſtam ſñiam ferat, vt in l.ij. ff. de condi. ob tur. cau. & ratio eſt ſecundum Bar. in d.l.j. quia teſtes debent deponere gratis illud quod ſciunt non aũt per pecuniam, vt in l.iij. in. §. lege iulia. ff. de teſti. Et illud quod debet fieri gratis ſi fiat per pecuniam turpiter fit, vt not. in l.iiij. in. §. ſi ſibi. ff. de condi. ob tur. cau. & idem etiã dixit Bar. in l. diuus. ff. de re iudi. & Bald. in l. data opera. in xv. col. verſi. quid ſi teſtis. C. qui accu. non poſ. pro quibus facit. l.j. verſi. pecunia accepta. ff. de recep. & tex. in l. ſi. in §. ſi. ff. ad l. iul. repetun. et faciunt optime dicta per d. Nellum in trac. bannito. in ij. par. ſecundi temporis, in xij. q. Et vltra prędicta circa hanc donationem pecunie teneas mẽti perpetuo ſingulare verbum, videlicet ꝙ ſi per auri dationẽ inducitur mulier ad adulterium, licet contenta fuerit committere tale adulterium, tñ inuita reputatur illud cõmiſiſſe. Et ille qui aurum vel pecuniã dedit punietur pœna ſtatuti quæ imponitur adulteranti mulierẽ inuitam. Ita ſing. dixit Ang. in auth. de leno. in. §. ſi. circa ſi. quod dictum pro no. refert & ſequitur d. Phil. Deci. in cõſi. ſuo clxx. incip. Viſo themate &c. in ij. colum. pro quo ſecundum eum facit tex. in l.j. C. de rap. virgin. & in l.j. §. perſuadere. ff. de ſer. corru. & etiam vr̃ idem dicere Cy. in d. l.j. C. de rap. virgi. in j. col. in verſ. tertio oppo. ibi, & ſic mulier decepta &c. et idem voluit d. Ioan. Niuizanus in ſylua ſua nuptiali, in xiiij. char. in ij. col. ĩ ſi. quod eſt no. pro quo facit, nam aurum ſeu munera faciũt nõ volentem velle. Ideo ſcribitur Deute. cxv. Quod munera excecant oculos ſapientũ & mutãt verba iuſtorum, quod dictum refert Ang. & Iaſ. poſt eum in l. non dubiũ. in principi. C. de teſta. et dicit tex. in c. qui recte. xj. q. iij. ꝙ acceptio nummorum præuaricatio veritatis eſt. & facit tex. no. in c. pauper. xj. q. iij. in verſi. cito violatur auro iuſtitia.

354 In dubio præſumitur pro iudice. l. ij. C. de offi. ciui. iudi. l. herennius. in. §. caia. ff. de euic. c. piſanis. de reſti. ſpol. cum ſi. hoc tamẽ intellige verum & locum habere qñ iudex ſeruauit debitum ordinem in procedendo, ſed qñ debitum ordinem omiſit non præſumitur pro eo. Ita no. dixit Bal. ĩ l. ſancimus. in iiij. col. verſi. xiij. quæritur. C. de iudi. qđ dictum refert & ſequitur d. Par. de Puteo in trac. ſuo ſyndi. in xix. char. in iij. col. Tu adde ꝙ ratio poteſt eſſe, quia cognoſcere iuris ordine non ſeruato eſt ius alterius auferre. ſecundum Bald. in c.j. §. ſeu furium. in v. col. de pace iura. fir. quem refert & ſequitur d. Hiero. Tortus in conſi. ſuo quod facit pro cõmuni Florentie tempore Sixti pontificis in xxvj. col. & d. Catal. in trac. ſuo ſyndi, in verſi. ccccxvj. incip. Adde quod cognoſcere &c. Et in eodem trac. in verſ. cxxviij. inci. Adde ꝙ ſi poteſtas. Item alia eſt ẽt ratio, quia iudex procedens extra ordinem dicitur procedere de facto, ſecundum Bal. in l. ictus fuſtium. in vlti. col. ff. de his qui not. infa. Et pro prædictis facit no. verbum Ang. in conſi. clxxvj. quod refert & ſequitur d. Philip. Deci. in conſi. ſuo lxxiiij. in iiij. col. vbi dixerunt ꝙ qñ in inſtrumento venditor promittit emptorem defendere de iure & de facto, & quod plus eſt obligat ſe ẽt ſi per iniuriam iudicis res euincatur, hoc tm̃ pactũ intelligitur qñ per ignorantiam iuris vel facti iudicis euinceretur ꝙ iudex ſeruato iuris ordine proceſsit, ſecus aũt eſſet ſi prætermiſſo iuris ordine iudex procedere & res euinceretur, quia iſto caſu vigore prædictę promiſsionis venditor non obligaretur. Et adducunt rationes et iura de quibus ibi p eos. Tene menti, quia modernis temporibus iudices ſunt temerarij & beſtiales, & nullum iuris ordinem ſeruant, imo ex capite & ſeruice ſua nouas leges faciunt conniuentibus oculis ſuperiorum ſuorũ, quod ſubditis tolerare neceſſe eſt cum alijs calamitatibus.

355 Debitor in diem nõ poteſt cogi ſoluere ante diem. l. iuſtas. C. de iure fiſ. lib. x. l. ſi mãdauero. la j. in prin. ff. manda. l. eum qui calẽdis. ff. de verb. obli. l. cedere diem. ff. de verbo. ſig. §. plus autem. inſti. de actio. cum ſi. Et dicit vulgare prouerbiũ, ꝙ optimus eſt debitor qui ſoluit in termino obligationis. Teneas tñ menti in materia ſingularem caſum l.j. C. de condi. ex le. vbi habetur ꝙ hoc fallit in fiſco qui propter neceſsitates ſuas occurrentes poteſt debitores ſuos ante diem exigere, & quod fortius eſt debitorem ſui debitoris poteſt ante diem exigere, debet tamen interuſurium medij temporis debitori relinquere, ſecundum gl. & doc. ibi. Et illũ caſum dicit ibi Bart. ſingularem. & dicit ibi Bal. per illum tex. ꝙ emptores gabellarum

pro neceſsitate reipublicæ poſſunt cogi ante tempus, dimiſſo tñ eis interuſurio medij temporis, & ſubdit quod tota die propter repẽtinas neceſsitates publicas hoc fieri videmus, & dicit ꝙ hoc nõ eſt iniuſtum, quod dicit eſſe menti tenendum. Et dicit ibi Salyce. ꝙ hoc frequẽter practicatur in Bononia contra gabellarũ conductores & dactarios, & verum dicit. Nam ego vidi hoc fieri in hac ciuitate pluribus vicibus. & idem per illum tex. d. l. j. C. de condi. ex leg. dixit Iaſ. in l. in diem. in j. col. in fi. ff. de condi. indebi. Et adde hic ꝙ omnis fideiuſſor fugitiuus poteſt capi ante diem fiende ſolutionis. Ita dixit Bal. in d. l. j. in fin. verbis. C. de condi. ex lege. allegat ad hoc. l. quæſitum. ff. de pign. vbi eſt gl. no. pro hoc dicto ſuo. quam vide.

356 Iuramentum eſt maxime potentie, & habet plures effectus, ut patet ex dictis canoniſtarum in ti. de iureiuran. maxime in c. cum contingat. & in c. licet mulieres. eo. ti. in vj. & patet etiam in tract. de virtute iuramenti edito ab excellentiſsimo V. I. interprete do. Marco Antonio Baueria. Et per d. Ant. Corſe. in repeti. ſua rub. extra de iuretur. & per me in repeti. mea l. fi. C. de probatio. in xxxiiij. & xxxv. char. vbi poſui plures notabiles effectus ipſius iuramenti. Et inter alios effectus habet vnum quod eſt magni commodi & vtilitatis, nam iuramentum appoſitum in aliquo contractu operatur ꝙ tale inſtrumentum ipſius contractus habebit executionem paratam, licet de iure communi inſtrumentum publicum non habeat executionem paratam. l. minor. xxv. ann. cui fideicommiſſum. ff. de minor. Ita dixit Bar. in l. ij. ad fi. ff. de iureiur. Et ibi dicit ꝙ miratur ꝙ conſuetudo hanc cautelam & hunc modum non adinuenerit. Idem tenet Fulgo. in l. ſed & ſi poſſeſſori. in. §. ſi cum hæreditate. ff. de iureiur. & Pau. de Ca. in l. nam & poſtea. §. ſi petito. eo. titu. & in l. poſt rem. ff. de re iudi. Et d. And. Barba. in repe. rub. extra de iureiur. & Alex. in d. l. ij. & d. Iaſ. in. §. itẽ ſi quis. in iij. colum. verſi. duodecimus effectus &c. inſtitu. de actio. Et latius ponit ipſe Iaſ. in eodem. §. j. xvij. col. verſ. extra glo. vt obſeruem &c. vbi ipſe per tres col. examinat prædictum articulũ. Et firmat hanc partem & reſpondet omnibus quę adduci poſſent in contrarium. Et hanc partem etiã firmat d. Ant. Corſe. in dicta ſua repet. rub. extra de iureiur. in x. priuilegio iuramenti.

357 Extant ſtatuta in aliquibus ciuitatibus vt in hac noſtra ciuitate Bononię quibus cauetur ꝙ in aliquibus caſibus, vt eſt in caſu damni dati quod ſtetur iuramento alicuius puta damnum paſsi. Certe tale ſtatutum debet intelligi niſi per partem aduerſam contrarium probetur. Ita multum no. dixit Angel. in l. qui reſtituere. in ij. colum. ff. de rei vend. & clarius in l. qui vas. ff. de fur. vbi dicit idem eſſe ſi ſtatutum dicit ꝙ ſtetur dicto ſeu iuramento ſaltuarij. Et idem voluit Barto. in l. ij. in. §. ſi a pupillo. circa fi. ff. de vſuc. pro emp. & in l. ſi poteſt. in penul. colum. ff. de acqui. hære. & Ang. in authen. de exhib. reis. in prin. Bal. in c. j. in j. colum. in tit. ſi de inueſti. inter domi. & vaſ. lis oria. & in l. cõtra negantem. C. ad l. Aquili. & in l. j. & ibi Saly. C. de reb. credi. & in l. j. C. de re iudic. Item voluit Alberi. in ij. parte ſtatuto. q. xv. & do. Phili. in c. paſtoralis. in xij. colum. de excep. vbi alios etiam adducit tenentes hãc partem. Et do. Iaſ. in. §. ſed iſte. in xxiiij. colum. inſtitu. de actio. vbi alia etiam adducit pro hac opinione. Et inter alia adducit Inno. & Ioan. Andr. in c. quia propter. §. illud. de electio. vbi dicunt ꝙ licet quis poſsit ꝓbare impedimentum per ſuum iuramẽtum, vt eſt ibi tex. tamen admittitur probatio in contrarium. Et adducit etiam alia plura de quibus ibi per eum. Limitat tamen prædicta d. Fely. in d. c. paſtoralis. niſi in ſtatuto diceretur ꝙ non poſsit probari contrariũ, vel niſi diceretur ꝙ iuramẽtum haberetur pro pleniſsima vel pro omnimoda probatione, quia tunc non admitteretur probatio in cõtrarium, ſecundum Lud. Roma. in l. ſi duo. ff. de acquiren. hæredi. Et hoc propter glo. in verbo, feciſſe. in clementi. j. de probatio. & in clemen. j. in verſic. omnimodam. de foro competen. Tene menti prædicta pro ſtatuto huius ciuitatis poſito ſub rubrica, de emẽdatione damnorum datorum a quibus ignoratur &c. Et vide ad prædicta omnino quæ ego dixi in l. prima. in. §. ſi ſerui quaſi. in ij. colum. ff. de quæſtionibus. Et vide omnino Alexan. in conſi. ſuo ccccIxj. incipien. In cauſa & lite &c. in j. colum. & quaſi per totum, & maxime in iij. colum. circa princi. Et vide Iaſ. in l. j. §. j. in j. colum. ff. ſi ex noxa. cauſa agatur.

358 Pater de iure ciuili non tenetur aliquid dare filio ſuo baſtardo, & habetur in authẽ. ex complexu. C. de inceſt. nup. & in auth. licet. C. de natu. lib. nec ẽt tenetur ei dare alimenta, vt in dictis iuribus, tñ de iure canonico pater tenetur dare alimenta tali filio baſtardo. tex. eſt in c. cum haberet. in fin. Et ibi hoc volunt doc. extra de eo qui duxit in matri. quã pol. ꝑ adul. et dicit ibi Abb. ꝙ ille

tex.non eſt alibi.Et dicit ꝙ licet de iure ci-
uili ſit ſecus,quod tñ ſtatur iuri canonico in
hoc, quia eccleſia hoc induxit ex quadam
equitate naturali ne filij alimētis priuati pe-
reant.Et hoc etiam firmat Bar.in d.authen.
ex complexu.C.de inceſt.nup.vbi dicit pa-
rentes poſſe legare filijs ſpurijs ratione ali-
mentorum.Et dicit ꝙ poſſunt parentes do-
nare vel relinquere dotes filiabus cum dos
ſuccedat loco alimētorum.quod dicit Abb.
in d.c.cum haberet.eſſe notandum.Et ita di
cit Bar.vbi ſupra ſe conſuluiſſe.Et idem di-
xit Bal.in l.j.in repe.in xiiij.col.verſi.ſuper
ſexta &c.C.de ſacroſan.eccle.& Io.And.in
addi.Spe.in ti.de inſtru.edi.in.§.nunc vero
aliqua.in pe.char.in iij.col.in addi.inci.con
tinuatur hic alia quæſtio &c.in fi.& Spe.in
ti.qui filij ſint legi.in.§.j.in viij.col.in verſ.
quid de natis &c.Et idem voluit Bal.in cō-
ſi.ſuo ccxxxij.incipien.recolo me cōſuluiſ-
ſe &c.circa med.in iij.volu.vbi dicit ꝙ ali-
menta poſſunt donari & legari ſpurijs de iu
re canonico naturali pietate inſpecta, quia
licet filius ſpurius ſit ſpurius,tñ filius eſt,qa
natura cōis eſt, quinimo filij illegitime nati
nedum debent alia patre,ſed etiā patre mor
tuo debent habere alimenta in bonis patris
arbitrio boni viri.Ita dixit gl.in authen.de
trien.& ſemiſ.in.§.conſideremus.in ver.le-
gitima.quam gl.ibi no.ad.hoc tñ illa glo.lo
quitur in filijs naturalibus.Et tene mēti per
petuo circa hanc materiam ꝙ ſi pater in te-
ſtamento ſuo expreſſe prohibuiſſet heredi-
bus ſuis vt non darent alimēta filio ſuo ſpu
rio,tñ tali prohibitione non obſtante hære
des tenebuntur ſibi dare alimenta. Ita mul-
tum ſing.dixit Bal.in l.id quod pauperibus.
in vlt.col.C.de epiſ.& cleri.quod profecto
eſt ſing.verbum & forte paucis notum.

359 Iuramentum ſemper eſt ſeruandum qñ
ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis eterne.c.
cum cōtingat.& ibi per omnes extra de iu-
reiuran.habetur in c.licet mulieres.eo.titu.
lib.vj.& in c.quanuis.de pac.in eo.lib.& in
l.ſi quis maior.C.de tranſa.& in auth.ſacra-
menta puberum.C.ſi aduer.ven.cum ſimil.
Scias tñ ꝙ iurans in aliqua iuſta cauſa pōt
venire contra iuramentum, Et tali caſu fa-
ctum ab eo valebit & tenebit non obſtante
dicto iuramento.Ita multum ſing.dixit Io.
And.in addi.Spe.in titu.de iureiuran.ſuper
rub.vbi dixit ꝙ ſi aliquis iurauit nō fideiu-
bere pro aliquo. & ex poſt proximior eius
ſit magno periculo conſtitutus niſi pro eo
fideiubeat,ꝙ non obſtante iuramento tenet
& debet pro eo fideiubere,quod dictū pro
valde ſingulari refert & ſequitur Iaſo.in.§.
item ſi quis.in xvj.col.poſt me.inſti.de acti.
vbi etiam ponit,ſi quis iurauerit non fideiu
bere pro aliquo an teneatur iuramentū vel
impediat cōtractum fideiuſſionis poſtea fa-
ctum,vide ibi per eum.

360 Scribitur apud legiſtas quod negligētia
eſt damnoſa, & econuerſo, ꝙ vigilantibus
iura ſubueniunt, vt dicit text.in l.pupillus.
in fi.& in l.qui autem.§.ſciendum.ff.quæ in
frau.cred.& habetur in l.ſumma.§.ſed ſi il-
li.ff.de pecul.& in l.debitor.ff.de ſepara.Et
habetur per gl.in prohemio inſti. in verbo.
vigilijs. Et dixi ego de hac negligentia ſeu
vigilantia aliqua ſupra in ſingu.cclxxxiiij.
inci.Tolle moras &c.Sed vltra ibi dicta cir
ca hanc materiam adde no.verbum Io.Cal
de.in c.ab excōicato.de reſcrip.vbi dicit ꝙ
licet excōmunicatus poſsit ſe defendere li-
cet non poſsit agere.vt habetur in c.intelle
ximus.de iudi.tñ dicit ꝙ iſtud eſt verum ꝙ
poteſt ſe defendere ſi talis excōicatus cura-
uit ſe abſolui ab excōicatione, ſecus ſi non
curauit abſolui,ſed contempſit excōicatio-
nem,quia tunc non audietur,etiam ſe defen
dendo. quod dictum refert & ſequitur Bar-
ba.in c.ſacris.extra quod met.cau. Itē adde
etiam ꝙ illud quod dicitur in l.per hanc.C.
de tempo.appel.videlicet non probatum in
cauſa principali poteſt probari in cauſa ap-
pel.& nō deductum poteſt deduci. Iſtud ha
bet locum qñ ignoranter fuit dimiſſum &
non probatum vel adductum,ſecus ſi ſcien-
ter & per negligentiam fuit omiſſum, quia
tunc in cauſa appellationis non poterit ꝓ-
bari nec adduci.Ita ſingu.dixit do.Anto.in
c.ad audientiam.el ij.in iij.col.per gloſ.ibi.
extra de reſcri.De quo tñ dicto vide ibi do
mi.Fely.in x.colum. Et idem in ſimili dicit
Bar.in auth.qui ſemel.in iij.col.in verſi.cir-
ca ſecundum.C.de proba.& Lud.Roma.in
conſi.ſuo ccxxvj.incip.vltra pridie allega-
ta &c.ante fi.Item adde etiam ꝙ licet mari-
tus poſsit petere vſuras dotis poſt bienniū
a die ductionis vxoris ad domum mariti,vt
in l.fi.§.præterea.C.de iure do.licet cōtra-
rium teneat gl.in l.de diuiſione,in gl.fi.ff.ſo
lu.matri.de quo latius per Iaſ.poſt Ange.de
Are.in.§.fuerat.in iiij.col.in verſi.ꝙ autem
incipiant &c.inſtit.de actio.Tamen ſi peti-
tio talium vſurarum non fuit facta per lon-
gum temporis ſpatium,puta decem annorū,
non poterunt vlterius peti ab ipſo marito,
quia per talem tarditatem & negligentiam
præſumitur illas remiſiſſe,ita ꝙ pro præte-
rito tempore peti nō poterunt. Ita multum

not.

not,dixit Bal.in conſi.cxlix.incip.poſt bien
nium a die ductionis &c.in v.col. quem re-
fert & ſequitur Iaſo.in d.§.fuerat in v.colũ,
Et allegat Bald. ad hoc caſum in terminis
valde ſing.in l.cum quidam in.§.diuus ff.de
vſur.quæ omnia ſunt no.ad propoſitum di-
ctæ regule,ꝓvigilãtibus iura ſubueniũt &c.
Et dicit Iaſo. vbi ſupra ꝙ iſtud dictum eſſet
aureis literis ſcribendum, quia eſt quotidia
num & ſumme vtilitatis. Et ad prædictam
regulam etiam optime facit,nam ſi debitor
alienauit aliqua bona in fraudem creditorũ
& poſtea ſuperlucratus eſt de nouo alia bo
na quibus potuit creditoribus integre ſa-
tisfieri,ꝙ ſi creditores fuerint negligẽtes in
conſequendo creditum ſuũ ſi poſtea de no-
uo debitor efficiatur non ſoluendo non po-
terunt creditores habere regreſſum contra
bonorum poſſeſſores in quo facta eſt alie-
natio a debitorem in fraudem creditorum,
nec contra eos poterũt agere reuocatoria.
Ita probat tex.in l.fideiuſſores in princi.ff.
de fideiuſſo. Per quem text.ita decidit Bal.
in l.fi.in prin.ff.ſi certum pet.quod dictũ re
fert & ſequitur Iaſ.in.§.item ſi quis in frau
dẽ in penul.col.inſti.de actio.circa fin.quod
dicit videñ. eſſe doct. in aliquibus locis, de
quibus ibi per eum.Et adde etiam hic tex,
not.& ibi doct.in l.fi.C.ſi maior fac.alie. ſi-
ne decre.fac.ratum habue. De qua excla-
mat Lud.Ro.in ſingu. ſuo 795.incip.Iudex
Bononienſis.quem omnino vide.

361 Extat iuris regula ſatis trita & vulgata,
videlicet ꝙ quilibet poteſt renunciare fauo
ri ſuo,vt probatur in l.ſi quis in conſcriben
do C.de epiſ.& cle.& in l. ſi quis in conſcri
bendo C.de pact.& habetur in l.non vſque
adeo ff.ſi quis a paren.fue.manu. & in l.ne-
mo exterus C. de iudæis, Et ideo videmus
ꝙ beneficio purgationis more poteſt pacto
renunciari, vt in l. ſancimus in.§.ſi quidem
C.de fideicom.ſecundum Bald. in l.ſi pacto
quo pœnam ad ſi,C.de pact. quem refert &
ſequitur Iaſ.in d.l.ſi quis in conſcribendo in
iij.colum.C.de pact. vbi plura alia adducit
ad materiã huius regule de quibus ibi per
eum. & teneas menti ꝙ nedum quis poteſt
renunciare fauori ſuo in damnum ſuum,ſed
etiam hoc poteſt facere in damnũ alterius.
Et ideo ſcias ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ exiſtẽtibus
maſculis filia femina non ſuccedat, ꝙ hoc
caſu ſi extat maſculus & femina poteſt ma-
ſculus renunciare huic ſtatuto & eius bene
ficio, & filiam ſecũ admittere,& hoc modo
poterit ꝑiudicare creditoribus ſuis.Ita ſing.
dixit Bal,in l.maximum vitium in vij. col.
verſic. Sed pone quod frater C.de libe.præ-
te. quod dictum pro valde not. refert & ſe-
quitur Iaſ.in.§.itẽ ſi quis in fraudẽ in penul.
col.in fi. inſti. de actio.quod eſt not.

362 Statutum volẽs ꝙ pater teneatur pro de
licto filij ad pœnam pecuniariam licet ſit
exorbitãs a iure,tamen valet, & tenet Bal.
in l.receptitiã in prin.iij.col.C. de conſtitu.
pecu.& in rubri.C.res inter alios acta. in ij.
colum.vbi etiam dicit ꝙ licet tale ſtatutum
ſit tolerabile, non tamen eſt laudabile. Et
idem etiam tenet Bal.met in l.ſi quis in tan-
tam in iiij.col.C.vnde vi.& ibi dicit ꝙ tale
ſtatutum eſt contra ius naturale, ſed tamen
non valet.& idem etiam tenet ipſe in l.ſi fi-
lio,la ij.ff.ſolu.matri.& in l.ij.ff.ſi ex noxa.
cauſa agatur.& in l.lex cornelia in princ.ff.
de vulga.& pupil.& in authen.ſi captiui.C.
de epiſco.& cleri.& ibi etiam dicit ꝙ talia
ſtatuta quæ diſponunt ꝙ parentes præciſe
teneantur & cogantur ſoluere condemna-
tionem filiorum,quia ſunt iuri cõmuni con
traria,& ſic odioſa ſunt ſtrictiſsime interpre
tanda. Et idem quod ſupra etiam tenuit Al-
be, de roſa.in prima parte ſtatutorum in q.
lxvj.& lxvij.Et ſentit ẽt Bald. in l.j.§.j. in
vlti.col.C.de vſur.rei iudic. vbi etiam ſub-
dit querendo,an ſtante ſtatuto de quo ſupra
ꝙ pater teneatur pro delicto filij, nunquid
pater repreſentando filium in carcerẽ eua-
dat onus ſtatuti? Et determinat ꝙ non, cum
poſsit dare filium pro noxa.per.§.fin. inſti.
de nox.Et idem tenet Bal.in l. ſancimus C.
de pœnis. vbi dicit per illum tex. ꝙ ſtatutũ
ciuitatis Perusij,quo diſponitur ꝙ conſor-
tes teneantur pro delicto conſortis quãuis
ſit iniquum & contra ius diuinum,tamẽ va-
let,quia licet non ſit culpa, tamen ſubeſt cã
vt a delicto magis abſtineatur.Et hanc par-
tem etiam tenent alij docto. in diuerſis lo-
cis quos refert & ſequitur Iaſ.in.§.actiones
autem in xj.colum.inſti.de actio. Et in hoc
ſe fundant per glo.in rubri.C. de decre. de-
curio.lib.x. quæ dicit ꝙ illud quod poteſt
fieri per pactum poteſt etiam fieri per ſtatu
tum,ſed per pactum poſſet hoc fieri,ergo &
per hoc ſtatutum de quo latius per Iaſo. vbi
ſupra ſed limita tamen prædicta, videlicet
ꝙ ſtante validitate dicti ſtatuti, tamen eius
diſpoſitio non habet locum in filio pupillo,
nam ſi filius in pupillari etate & intra de ci-
mum quartum annum commiſerit delictũ
pater eius non tenebitur vigore dicti ſtatu-
ti.Ita multum ſingu. dixit. Iaſo. in dicto.§.
actiones autem in xij. colum. vbi propter
hoc allegat not. in capit. ſecundo extra de

delic.puero.& ibi Pe. de Anch. & alia etiã alleg. de quibus ibi per eũ.Tene mẽti, quia eſt ſing.verbũ & lucroſum, quia ſepe ſupe riores qui tenent quodammodo ciuitatis in prædam,faciunt talia ſtatuta iniqua & exor bitantia ſolum vt extorqueant pecunias a ſubditis,& non aliqua alia de cauſa vt quo tidie docet experientia &c. Et vide etiam ad hanc limitationem Alberi.de roſa. in ſe-cunda parte ſtatutorum q.lxxj. incip. Item queritur &c.& vide infra in ſing.481. inci. Communis opinio.

363 Credo te ſcire ꝙ præcarium poteſt reuo-cari quandocunq; ad libitũ concedentis. vt in l.j.in prin.ff.de præcar. & in l.ij. in prin. & in l.& habet in prin.eo.ti. & hoc eſt ve-rum,etiam ſi eſſet adductum tempus vſque-quo haberet vti,vt in l.cũ precario.in prin. ff.de præca. Limita tamen hoc & prædicta iura,niſi talis concedens præcario vellet ſi-ne cauſa reuocare præcarium illico cũ ma-ximo danno illius cui conceſſum eſt,nã hoc caſu nõ poterit illud reuocare,quia ſibi ob-ſtabit exceptio doli,cum non poſsit negari quod præcarium non ſit beneficium.Nã eſt beniuola actio commodum tribuens capiẽ-ti.vnde non debet doloſe verſari in benefi cio conceſſo.Ita not.dixit Abb.in c.fi.in vl-ti.colum.extra de precario.vbi allegat in ſi mili Ioan.And.in proemio decretaliũ.quod dictum pro valde no.refert & ſequitur Iaſ. in.§.ſequens in vj.colũ.in prin. inſti. de act. vbi videas &c.

364 Libellus in aliquibus cauſis neceſſario non requiritur, vt colligitur ex dictis per Spe.in ti.de libel.concep.§. nunc videndũ. vbi enumerat forte 50. caſus in quibus non requiritur libellus.Et habetur etiam per gl. in authen.de exhiben.reis in §.ſancimus in glo.magna.& per Ang. poſt glo.in.§.tripli. inſti.de actio. Scias tamen vnum,ꝙ in caſi-bus in quibus requiritur libellus ſi actor va dit coram iudice & dicit notario, ſcribas qualiter peto a Titio centum in quibus pe-to eum condemnari &c. Quamuis notarius hoc ſcribat in actis,per hoc tamen non vide tur libellum in ſcriptis obtuliſſe. nec dici-tur procedere ordinario modo, ſed extra ordinem.Ita dixit not.Bart.in l. in ſacris la iij.C.de proxi.ſacro.ſcrini.lib.xij.quod di-cit eſſe bene ſignandum,quia poſſet ſepe cõ tingere de facto, quod dictum pro no.refert & ſequitur Iaſo.in.§.tripli.in v.colum.inſti. de acti. vbi dicit ꝙ hoc dictum ſequitur Lu do.Roma.in l.j.in ij.col.ff.de arbi.de quo et dicit viden. eſſe Bal.in authen.offeratur ad fi.C.de lit. conteſta.& Angel.in l. prima in prin.in j.colum.& ibi Bal.& Pau. de Caſt. ff.de eden.Tene mẽti hoc dictum quia not. eſt,& ex eo limitatur etiam regula illa,vide licet ꝙ non refert quid ex equipollentibus fiat,de qua in l.generaliter C.de inſti.& ſub ſtitu.ſub condi.fact.& in l.cum ſeruus ff. de verbo.oblig & in l. titius.§. lucius titius ff. de lib. & poſthu. cum multis ſi. vide tamen glo.not.in l.ſi quis ſe iniuriam C.de accuſa. quæ dixit hoc non habere locum vbi pro-cedi poteſt per ſimplicem querelam.ꝙ glo. ad hoc ſumme not.Bald.in l.j.in vlti.col.C. vt in poſ.lega.& Lud.Ro. in ſing. ſuo 804. incip.Dicit ſtatutum &c.

365 Exceptio requirens altiorem indaginem non admittitur,ſed debet reſeruari in cau-ſa principaliori,& in vltimo iudicio,vt ha-betur in l. iij.§. ibidem cum glo.in verbo, obſcurior ff.ad exhiben.& in l.fi. C. de cõ-penſa.Et vtrobique per doct.hoc tamẽ fal-lit niſi excipiẽs ſit paratus in continẽti pro-bare, ſecundum Bar.in l.ſi is a quo. in prin. ff.vt in poſ.leg.de qua oblatione offerentis ſe ſtatim ſeu incontinenti probare, vt dixi late in c.ij.vltra med.extra de crimi.fal. & in repetitio.mea rubr.C. de probat. in vlti. colum. De quo etiam per Abb. in conſilio xxxj.incip.In cauſa & quæſtione &c. in fi. & per Bal.in l.j.in ij.colum.C.vt in poſ. le-ga. Et circa hanc materiã reſeruationis ex-ceptionum teneas menti ꝙ talis reſeruatio exceptionum quam facit iudex per hũc mo dum, videlicet interloquor eſſe ad vlterio-ra procedendum ſaluis exceptionibus, ꝙ iſta verba ſunt tante importãtie quod ſi ap-pareat poſtea dictas exceptiones eſſe veras & iuridicas,& quod vere obſtarent, tũc ꝓ-ceſſus redditur retro nullus,& quicquid po ſtea factum eſt habetur pro non facto. Ita di xit glo.in c.cum contingat. & ibi doct. de officio de lega.& Bal. in l.ille a quo.§.ſi de teſtamento verſi.fin.ff.ad trebellia. quos re fert & ſequitur Iaſ.in.§.præterea.in xij.co-lum.inſtitu.de actionibus.ad quæ vide quæ dixi ſupra in ſingu.cxcviij.incip.Teſtis qui non debet &c.Nam ibi dicta multũ frater-nizant cum dictis hic.

366 Aliqua tibi dixi ſupra in ſingula.xliij.in cip.Debitor &c.de impediente creditorem vt non poſsit conſequi creditum ſuũ.Nunc autem dico tibi circa hanc materiam vnum aliud non minus vtile, videlicet quod licet ego receptauerim in domo mea mercatorẽ fallitum vel qui fregit,vt vulgariter dicitur non tamen propter hoc poſſum conueniri

vt eum debitorem tuum tibi exhibeã, alias
tenear ad intereſſe. Ita ſing. dixit Io. de pla-
tea in. §. præterea inſtit. de actio. Et hoc per
tex. in l. ii. ff. de libe. homine exhiben. quod
dictum refert & ſequitur Iaſo. in dicto. §.
præterea. in x. colum. ante fin. vbi dixit ꝙ
hoc dictum eſt diligentiſsime not. quia eſt
quotidianum. & dixit ꝙ hoc dictum forte
alibi non inuenitur. Vide quæ dixi ſupra in
ſing. cxxxvij. incipi. In iure &c. Et ex hoc
dicto etiam clare conſtat quod titulus de re
ceptatoribus non habet locum in ciuilibus
ſed ſolum in criminalibus.

367 Nemo prudens eſt qui neſciat ꝙ iudex
ſecularis cuiuſcunque ſit præeminentię, nõ
eſt regulariter competens quãdo tractatur
de materia iuramenti, cum ſit quid ſpiritua
le, quod laicis non conuenit. Ita habetur in
c. per venerabilem. qui filij ſint legi. & in c.
cum ſit. de foro compe. & in c. prædicandũ
xxij. q. j. Et habetur per Hoſti. in c. tuam ſu
per glo. fin. de ord. cog. & per Abb. in c. ſi-
gnificante de pig. in j. not. Iſtam tamen con-
cluſionem & dicta iura limitat multum ſin-
gu. do. Fely. quinque modis in cap. ſecundo
extra de ſponſa. in xij. colum. Et inter alias
limitationes limitat vno modo, videlicet ni
ſi iudex ſecularis vellet cognoſcere de nul-
litate abſolutionis a iuramento facta a iudi
ce eccleſiaſtico, quia poteſt, nec tenetur ſta-
re ſeu præciſe ſequi abſolutionem factã per
iudicem eccleſiaſticum. Ita dicit multum ſo-
lenniter conſuluiſſe Pet. de Ancha. in conſi.
ſuo ccclxxxiij. inci. retento ordine dubio-
rum in ſecunda colum. motus per nota. per
Ioan. And. in c. cum in iure. de offi. deleg. &
in c. j. de offic. ord. vbi traditur ꝙ iudex ſe-
cularis non tenetur exequi præceptum iu-
dicis eccleſiaſtici ſi ſcit vel ſuſpicetur de
eius iniuſtitia, de quo latius ibi per eum. Et
per do. Fely. in d. c. ij. in xij. col. in ver. quin
to limita &c. de ſponſalibus. Et idem dixit
do. Bartho. Cæpo. in cautela ſua cij. inci. In
multis contractibus &c. Et Soci. latius lo-
quitur in hac materia in conſi. ſuo lxxxiij.
incip. Pro clariori &c. in tit. ij. & iij. colũ. in
iiij. volu. Et in materia iſta ponit no. verbũ
Soci. in conſi. cvj. inci. Inſignis doctor in ij.
colum. in eo. iiij. volu. Et in materia iſta vi-
de ſingu. verbum Ludo. Ro. in conſil. ſuo
ccxix. inci. In propoſita conſultatione &c.
poſt prin. & vide Soci. in xvij. fallentia ſua
in vlti. ver. in fi. vbi ponit ſingu. verbum cir
ca hanc materiam. Tene menti, quia eſt ſin-
gu. verbum in practica ad multa.

368 Licet tertius poſsit ſoluere pro debitore
creditore inuito fauore liberationis l. ſolu-
tionem ff. de ſolu. & habetur in l. ſoluendo.
ff. de nego. geſt. & in l. qui decẽ. §. j. ff. de ſo-
lu. & in l. poſtliminium. C. de captiuis. cum
ſimi. tamen non poteſt tertius ſoluere cano-
nem pro emphyteota inuito domino dire-
cto. Nam illa ſolutio canonis nõ eſt ſimplex
ſolutio. ſed eſt recognitio directi dominij
quam alius pro alio facere non poteſt. Ita
not. dixit Bald. in l. acceptam in xxv. q. C.
de vſuris. Quod dictum tamen limita ſingu.
niſi volens ſoluere prætenderet aliquod in
tereſſe, puta, quia eſſet creditor emphyteo-
te, quo caſu ſi emphyteota caderet a melio
ramentis non haberet poſtea vnde ſibi ſa-
tisfieret, ideo ne emphyteota cadat poterit
ſoluere ẽt inuito dño directo. Ita nota. dixit
Ang in l. lex vectigali fundo ff. de pig. quod
eſt multũ not. ad quæ vide Iaſ. in l. ij. C. de iu
re emphy. in xviij. & in. xxij. col.

369 Mille hominum ſpecies & rerum diſco-
lor vſus. Velle ſuum cuique eſt, nec voto vi
uitur vno. Ita ſcribitur apud Perſium. Quæ
carmina profecto indubitatam veritatẽ con
tinet, vt experientia quotidiana oſtẽdit. Et
ex hoc dubitant docto. Pone ꝙ duo fratres
vel duo filij habent domum communẽ pro
indiuiſo. & vnus vult habitare domũ, alius
vult eam locare, quis præferatur? Et dicunt
ꝙ debet præferri ille qui vult habitare do-
mum. Ita dixit Bald. in l. ſabinus in vlti-
mis verbis. per illum tex. ff. communi diui-
dun. vbi etiam vide per domi. Flo. Et di-
cit etiam Salyc. in l. iubemus la ij. in princ.
C. de ſacroſan. eccl. ꝙ ſi duo fratres vel duo
ſocij habent fundum communem pro indi-
uiſo, & vnus vult ꝙ colatur & ſeminetur
prout fieri debet, alter vero qui eſt rixoſus
& beſtialis dicit ꝙ pars ſua non ſeminetur.
& dicit fratri vel ſocio ꝙ faciat coli & ſe-
minari partem ſuam, attamen frater vel ſo-
cius qui eſt prudentior facit totum fundum
coli & ſeminari, non tenebitur alteri reſpõ
dere de fructibus etiam pro parte domini-
ca. Ita dicit Salyce. in dicta l. iubemus. & di
cit quod hoc ſentit gloſ. ibi, quæ duo dicta
refert & ſequitur Iaſo. in l. prima in penul.
colum. C. qui teſtamen. face. Et in repeti.
ſua l. quominus in xxxiiii. colũ. ff. de flumi.
Et ad materiam huius vltimi dicti facit opti
me text. in l. ſi vt proponis C. de edifi. pri-
ua. & in l. cum duobus. alias incipi. Si fra-
tres in. § idem reſpondit ſocius qui ceſſan-
tis ff. pro ſocio. In quibus dicitur ꝙ ſi ſunt
duo ſocij qui habent rem communem, puta
aliquod edificium qđ egeat reparatione, &

ad reficiendum vel reparandum vnus ipſo rū ſociorū ſit negligēs,alter vero reficiat,ꝙ ſi ſocius negligens non ſoluat partē ſuā expēſarum cum vſuris ad eū pro ſua rata portione pertinētium intra quatuor menſes perdit dominiū partis ſue, & illud acquiritur & applicatur ſocio reficiēti.Et illos tex.ad hoc adduxit Ange.de Aret.in.§.ſequens.in penul.colum.in prin.inſti. de actio. quos dicit eſſe ſingulariſsimos.Et idem dixit Cep. in tracta.vrba.ſeruitu.in tit.lix.ſub rubr.de refectione in iiij.col.&c.Et idem per prædicta tenet Iaſ.in repeti.l. quominus in xxiij. col.ff.de flumi.& in d.§.ſequens in vlti.colum.& in l. creditor in ſi.ff. ſi certum petatur.Et circa materiam hic tactam vide late Soci.in conſi.ſuo lviij.inci.In cauſa &c.per totum in iiij.volu.

370 Vſucapio dicitur præſidium impiū tex. eſt in authen. vt eccleſia Roma. circa med. Itē etiam dicitur præſidium iniquiſsimum, ſecundum Angel.in l.qui equitate ff.de doli excep.& in l.j.C.de præſcrip.trigin.an. Et idem eſt dicendum de præſcriptione, quia fraternizant ſecundū Bald.in l.j.in vij.colū. C. de ſer.fugi.Et not. inſtitu. de vſucap. in princ.& in rubr.ff.eo.ti. Et voluit Soci. in conſi.lxxxvj.incip.In cauſa communitatis. in v.col.Et præſcriptio dicitur eſſe contra naturalem equitatē,ſecundū Bal.in l.ancille in iij.col.C.de fur.& Abb.in c.ſi.in vj.colū. extra de præſcriptio. vbi etiā adducit Bar. in extrauag.ad reprimen.in verbo,denūciationem,vbi dicit ꝙ vbi ſubeſt obligatio naturalis orta ex conſenſu,puta, quia promiſiſti mihi per pactum nudum , vel quia locupletaris cum iactura mea poſſum recurrere ad eccleſiā per viam denunciationis euāgelice.quod in præſcriptione dicit aperte voluiſſe Bal.in c.ſi quis per triginta in iii.ſi de feu.fue.contro.vbi dicit ꝙ præſcribens debitum ſcienter poteſt ſemper denunciari, quia ius ciuile non potuit tollere obligationem,vt in.§.ſed naturalia.inſtit. de iure natu.gen.& ci. Et præſcriptio eſt reſtringēda, quia eſt odioſa,ſecundū Inno.in c.ex tranſmiſſa. de præſcrip. quem refert & ſequitur Bal.in Marga.ſua.in verbo, præſcriptio. in iij.ver.Et idem dixit Inno.in c.tua.ad ſi. de deci.Et Bal.in l.non dubium. in verſi. adde quod conſuetudo &c.C.de legi.Bar. in l.ſi. poſt princi.ff. de eo per quem fact. erit. & voluit Paul. de Caſt.in conſil.ſuo ccxcv.incip. Viſis & ponderatis omnibus &c. in ij. colum.Et teneas mēti ex iſtis ꝙ ſi alicui eſt commiſſa cauſa ſecundū veritatem & equitatem ꝙ non debebit talis commiſſarius fere ſententiam pro vtente prēſidio vſucapionis vel præſcriptionis,quia naturali equitate repugnat.Ita multum ſing. dixit Ange. in l.j.ff.de neg. geſt. Et in l. ſequitur in.§.ſi viam ff.de vſuca.quē refert & ſequitur Iaſ. in repeti.l.ſi is qui pro emptore in xxv.col. ff.de vſucap.

371 Teſtis de auditu aditus licet non probet, tamē facit qualemqualem præſumptionem ſeu coniecturam,ſecundum Archi.in c. hoc videtur xxij.q.v. quem refert & ſequitur Pau.de Caſt.in conſi.ſuo xvij.incip.In cauſa quæ vertitur Parme in x.col.Et Alex. in conſi.ſuo lxxviij.incip. In cauſa accuſationis de crimine falſi &c.in j.vol.& do.Fran. Cur.In conſi.ſuo lxx. incip. Circa primum in iij.col.in prin.Et ſcias quod prodeſt habere pro ſe iſtam qualemqualem præſumptionem,quia ſi probationes ab vtraq; parte eſſent pares ille obtineret qui haberet iſtā qualemqualem præſumptionem pro ſe.glo. eſt no.ibi communiter approbata in l.ſi duo patroni in prin.in glo.parua.in ver.authoritatis ff.de iureiur.Quæ omnia refert latius Iaſ.in repeti.l.admonendi in xxv.colum.in prin.ff.de iureiu.Et de hac qualiquali præſumptione vide glo.not.& ibi Bal.in l. mater C.de calumnia.Et d.Catal.in tract.ſynd. in ver.cccccxxxvij.incip. Adde quod licet aliquis,& vide d.Philip.Dec.in conſil. ſuo lxxxij.incip.Viſo proceſſu &c.in ij.colum. Tene menti prædicta,quia poſſent tibi prodeſſe tam in cauſis ciuilibus quā criminalibus.Et ex iſtis poteris limitare quæ dixi ſupra in ſing.cclxxvj.inci. Parū & nihil &c. Et ibi etiam poſui in ſingu.dictum in materia qualiſqualis præiudicij.

372 Capias vnū paucis vt credo notū, videlicet ꝙ quādo iudex inquirit contra occidentem bannitum qui ex forma ſtatuti poterat impune occidi,tunc quilibet de populo poteſt comparere coram iudice inquirente & oſtendere bannum illius occiſi, & ſtatutum permittens illū poſſe impune occidi & petere vt ipſe iudex vlterius non procedat cōtra occidentē,ſecundū Bar. in l.vbi pactum C.de tranſac.quem ſequuntur docto.Et fuit originalis doctrina Richar.malū in l.ſi.ſa.§. veterani ff.de procu.per glo.ibi.Quam doctrinā referunt & ſequūtur doc.in pluribus & pluribus locis quos latiſsime adduxi in l.ſi quis ne quæſtio.in xxv.col.ff.de quēſtionibus,& in repetitio.mea rub.C.de proba. in xliij.col.& in l.infans in v.col.ff. de ſicc. & in practica mea cauſarū criminalium in

xvij.char.& ibi in xxix.& ijc.char.de quo etiam habetur per do.Nellum in tract.bannitorum in prima parte primi temporis. in ij.q.& in ſecunda parte ſecundi temporis in xiiij.q.& per Gandi.in tract.malefi.ſub rubri.vtrum procurator in maleficijs interue. in v.col.verſi. Vltimo circa materiam &c. cũ verſi.ibi ſequenti.Et per do.Maria.ſoci. in repetitio c.veniens in lxiij.& lxiiij.colũ. cum ſeq.de accuſa.Scias tamẽ & perpetuo tene menti ꝙ prædicta nõ h berent locum quando talis bãnitus interfectus fuiſſet bannitus per cõtumaciam & non ex veris probationibus delicti.nam ſtatutum permitiẽs bannitum poſſe impune occidi nõ comprehendit bannitum per contumaciam,nec de illo intelligitur,ſed ſolum de bannitis ex veris probationibus delicti. Ita ſingula. dixit Alex.in l.omne delictum in prin.ff.de re mili. vbi ſing.dixit ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ bannitus poſſit impune occidi, ꝙ vigore talis ſtatuti nõ poterit impune occidi bannitus per contumaciam alleg.hoc voluiſſe Bal. & Io. de Imo.in l.ſi mora ff.ſolu. mat. Et dicas tu ꝙ idem dixit Bald. ſuper ſtatutis in verbo pax.in ij.ver.& in l.tranſigere in iiij. colũ. verſic.nono oppono.C.de tranſact.pro qua doctrina faciũt optime quæ dixi in ſingulari meo iiij.inci.Quãuis &c.Et in l.infans in v.colũ.ff.de ſicc.vbi omnino videas. Et faciunt dicta per Alex.in l.cum ſi.fa.in ij. col. ante ſi.ff.de verb.obli.& per do. Phili.cor. in conſi.ſuo cxliij.incipi.Licet in ij.colum. ver.& propterea in ij.volu.& per Bal. in l. ſi.in ſi.ver.quero hic ſi tabellio.C.de fide inſtru. & vide quæ addidi in d.l. infans in v. col.& vide quæ dixi in repe.mea cauſarum crimi.in.§.ſequitur nu.xx. & vide omnino do.Fely.in c.cum Bertholdus in ix.colũ. de re iudi.Et ſic ex dicta doctrina Bal. in d.l.ſi mora.Et do.Alex.in d.l.omne delictum, & aliorum quos ſupra adduxi.Poteſt limitari & reſtringi doctrina Bar.in d.l. vbi pactum C.de tranſac.& ſequacium quos adduxi in dictis locis.Tene menti,quia eſt verbũ non obliuiſcendum.

373 Vt noſti a doctoribus ĩ diuerſis locis examinãtur plures quæſtiones circa materiam literarum,quæ quotidie ſcribuntur a mercatoribus inuicem vel ab alijs, & hoc maxime in l.admonẽdi.ff.de iureiur. Ego autem volo ſolummodo dare tibi ſingulare verbũ circa eandem materiam literarum, & ideo tene menti ꝙ ſi ſcribo tibi literam in qua cõfiteor me eſſe debitorem tuum in mille vel in alia ſumma,Sed antequam iſta litera tibi præſentetur ego moriar,hoc caſu talis litera nõ nocebit nec præiudicabit hæredibus meis.Ita ſingu.dixit Inno.in c.cum dilectus extra de ſucceſ.ab inteſta.quod dictum reputat ſing.do.Anto.in c.fin.in v.colũ.extra de confeſſio.& Barba.in d.c. cum dilectus. & in c.poſt ceſſionem de proba.in rub. extra de teſta.in lectu.in ij.colum.non in repe, Et Corſe. in ſuis nota.ſub verbo,confeſſio. in not.inci.Si ſcribo &c. De quo latius dixi in repeti.mea rub.C. de proba.in ij.col. ante ſi.in verſi.& poſtquam &c.& in l.ſi.in vj.colũ.poſt medium ver.Et tene menti.ff. de quæſtioni. Et ratio poteſt eſſe, quia Titius ſi eſt mortuus non dicitur amplius Titius,ſecundum Bal.in l.j.in xiij. col. verſic. Sed quid dices C.de cõfeſ.quod etiam ipſe ſenſit in l.conuenticulam in vlti.colũ.C. de epiſc.& cle.Et illud dictum Inno. etiam refert & ſequitur Angel.in l.j.ff. de confeſ.& domi. Anto.in capit. per inquiſitionem. de electio.& Iaſo.in repeti.l.admonẽdi in lxij. columna.de iureiur. vbi nota.loquitur circa hanc materiam.

374 Bene & diligenter aduertant banniti capti dum recognoſcunt bannum ſuum,vt illud ſimpliciter recognoſcant. Sed caueant vt non fateantur cõtenta in dicto bãno eſſe vera,quia ſi illa confiterentur poſſent puniri, & bannum contra eos poſſet exequi, et ſi tale bannum eſſet nullum. Et hoc quia talis confeſſio ſpontanea facta cum recognitione banni validat ſententiã banni,cũ cautum ſit in iure ꝙ confeſſio ſpontanea validat proceſſum inualidum, cum talis cõfeſſio non requirat telam ſeu ordinem iudicij, vt dixit Inno.in c.qualiter & quando el ij. de accuſa.& in c.per inquiſitionem de elec. & Bal.in l.properandum in ſi.prin.C. de iu di.Et volunt alij quamplures doct.in diuerſis locis quos ſimul reduxi in l.j.in.§.diuus Antonius in iij.& iiij.colũ.ff.de quæſtio. ita ſing.dixit Angel.in l.j.ff.de confeſ.ad quod alleg.Inno.in d.c.qualiter & quando.Tene menti,quia ſepe banniti & maxime ruſtici in recognitione banni ignoranter vel inaduertenter confitentur contenta in banno eſſe vera. Et etiam ſepe iudices ſub inuolucro verborum faciunt eos taliter confiteri, nam tunc poſſent puniri & bannum exequi etiam data nullitate banni, & ideo caueant ipſi banniti.Attamen ſi cõtingeret caſus venias ad me, quia prædictis non obſtantibus proculdubio defenſabo eos de iure a pœna mortis ex pluribus iuribus & rationibus, ꝗ breuitatis cauſa pſentialiter non adduco.

375 Stulti non debent eſſe melioris conditio
nis quam ſint prudentes, ita dixit text. in l.
ſeruius ff. quod vi aut clam. & in c. eum qui
de præben. in vj. & in l. regula in vj. parte
ff. de iur. & fac. igno. Et ideo ſcias ꝙ ſicut
licitum eſt occidere hominem prudentem
pro defenſione ſua, vt ſatis plene tradidi in
l. vnus facinoris in §. cogniturum in x. &
xj. colum. ff. de quæſtionib. & in l. j. in prin-
cip. in v. & vj. colum. ff. de ſicc. ita licitū eſt
occidere ſtultum cōtra aliquem irruentem
cum armis, nec iuuatur ex eo quia ſtultus,
quia arma ſtultorum ita incidunt & offen-
dunt hominem ſicut arma ſapientum. Ita
multum not. dixit Bal. in l. j. in xj. colum. in
verſicu. Quid de furioſo C. vnde vi. vbi di-
cit ꝙ ſi aliquis furioſus vel dormiens inſul-
tat aliquem, vt multi faciunt in ſomnis, an
talis poterit impune occidi? Et dicit primo
videri dicendum ꝙ non, quia talis inſultus
vitio caret, allegat ff. de offi. præſi. l. diuus &
ij. q. ix. c. indicas hermanum. ergo iniuſtum
eſſet eum interficere. Contrarium tamen di
cit, non quia contingat hoc vitio offenſio-
nis, ſed natura defenſionis, ſicut ſi quis pate
retur inſultum ab animali tuo, nam impune
illud animal occideretur, licet aliter occi-
dens teneretur aquilia, nam cum ſe defen-
dens propriam ſalutem principaliter inten-
dit impune facit, quia principalis debet cō-
ſiderari & non ſecundario, vt ff. ad ſyllania.
l. qui poſthumum & de fur. l. verum. Ita for-
maliter dicit Bal. in d. l. j. in xj. colū. in dicto
ver. Quid de furioſo &c. C. vnde vi. quod
eſt menti tenendū cū ſepe iſti ſtulti ſint peri
culoſi. Et quandoque beſtialiter percutiant
prudentes, vt in facto ſepius viſum fuit.

376 Quod maior pars facit valet, quia omnes
facere videntur l. quod maior ff. ad munici-
pa. l. duo ex tribus ff. de re iudica. l. dīe pro
ferre. §. ſi plures ff. de arb. l. ſi §. j. C. qui bo-
nis cede. poſ. c. cum inter c. dudum c. in Ge-
neſi c. cum in veteri c. congregato de elect.
cum multis ſimi. Et ideo teneas menti ꝙ ſi
ſtatutum dicit ꝙ nullus inquiri nec torque-
ri poſſit niſi cum deliberatione Poteſtatis
& antianorum. Et Poteſtas cum vno de an-
tianis dicit aliquem eſſe torquēdum vel cō-
tra eum inquirendum, omnes autem antia-
ni dicunt contrarium, ꝙ hoc caſu præfertur
dictum Poteſtatis cum vno de antianis, ꝙ li
cet Poteſtas ſolum habeat dimidiam vocē
& antiani aliam dimidiam, tamen poſtquā
Poteſtas habet ſecum vnum de antianis ap
paret ꝙ excedit dimidiam partem, & ſic ꝙ
ipſe Poteſtas facit cum illo antiano dicitur
factum a maiori parte, & per conſequēs va
let Ita not. dixit Alberi. de roſa. in ij. parte
ſtatu. in q. clxxxviij. incip. Paduæ eſt ſtatu-
tum. vbi refert Richar. dicere ſe hoc obti-
nuiſſe de facto, & ipſe Alberi. ibi allegat plu
ra iura ad hoc. Et idem dixit Soci. in conſi.
ſuo xl. incip. Ex actis geſtis &c. in prin. ij. co
lum. vbi etiam allegat plura iura, & allegat
Cy. & Iaco. But. in authen. cauſa quæ ſit cū
monacho. C. de epiſco. & cle. & text. & ibi
Bald. in l. ſi quis titio ff. de vſufruc. lega. Et
quæ habentur per Bario. in l. j §. ſi plures ff.
de exercitatoria & allegat alia plura de qui
bus ibi per eum. Tene menti quia non poſ-
ſet eſſe magis quotidianum, nam domini ter
rarum vt videantur facere aliquam eſtima-
tionem ſuorum ciuium faciunt aliqua ſtatu
ta in quibus in aliquibus cauſis dant iuriſdi
tionem ſuo Poteſtati vel Capitaneo, & an-
tianis illius ciuitatis vel alicui alteri officio
Certe ſi tali caſu aliquis officialis vel antia-
nus ſe concordat cum Poteſtate vel Capita
neo, illud quod erit diſpoſitum per eos va-
lebit & tenebit tanquam factum a maiori
parte. Et ceteri antiani vel officiales nihil
poterunt propter ſeparationem ab eis factā
per illum antianum, cui antiano immemor
illius dicti, ꝙ omne regnum in ſe diuiſum
deſolabitur &c. deberetur premium, de quo
loquitur Bald. in l. ita vulneratus ff. ad leg.
aquil. & do. Fely. eum referens in c. decete-
ro, de homici. quos ego retuli in rubr. extra
de homici. & in l. j. in prin. in xj. col. in ver.
xv. limita &c. ff. de ſicc. Et vide omnino ad
ſupradicta Iaſo. in l. ſi pater in j. col. ff. de vul
ga. & pupil. vbi notanter loquitur, & in l. ff.
in iij. & iiij. col. C. de impub. & alijs ſubſti.
vbi etiam not. loquitur. & vide Soci. in con
ſil. ſuo cviij. incip. caſus &c. in j. colū. in iij.
volu. & vide do. Rochum de Cur. in tracta.
de iure patrona. in verbo, ipſe vel is a quo
cauſam &c. in iiij. colū. in verſi. tertio quæ-
ro &c. & vide Iaſ. in l. iuriſgētium §. hodie.
in nu. ix. & in pluribus numeris ibi ſequen-
tibus ff. de pac.

377 Contumax in iudicio nō auditur niſi pri
mo refectis expenſis l. ſancimus C. de iudi.
c. finem litibus &c c. cum dilecti. de dolo. &
contu. c. pia de excep. in vj. c. j. de dolo &
contu. eo. li. cum ſi. & licet relictis expenſis
non audiatur, tamen etiam tunc nō auditur
opponendo exceptionis peremptorias. ita
not. dixit Inno. in c. præterea. de dilatio. &
Angel. in l. peremptorias C. ſent. reſcin. non
poſ. quod dictum pro valde not. refert & ſe
quitur Angel. de Aret. in §. appellantur in

iij.col.inſtitu.de excep. iſta tamen doctrina
poſſet forte limitari & reſtringi vt non ha-
beret locum in minore ruſtico vel muliere.
& hoc per doctrinam no.do.Philip. de Pe-
ruſio in c.Nicolao.in penul.col.extra de ap
pella.vbi dicit ꝙ licet citatus perſonaliter
ſit verus contumax,& excludatur ab appel
lando,vt in l.ex conſenſu in.§.fi.ff. de app.
& in l.j.C. quando appellan.ſit tamen dicit
quod hoc fallit in minore muliere & ruſti-
co,quia tales perſone citate perſonaliter ad
ſententiam audiendam, ſi non comparent
nec mittunt procuratorem tamen poterunt
appellare cum non cenſeantur eſſe in dolo.
ad quod alleg.Bal.& Ang.in l.vbi exigitur
ff.de eden.quod dicit eſſe ſingu.no.quod di
ctum etiam pro valde not.refert & ſequitur
do.Philip.dec.in conſi.ſuo xxxiiij.in iij.co
lum.& circa ſupradictam materiam expē-
ſarum vide aliquid per do.Iaſo.in l.is apud
quem in iiij.colum.in verſic.tene cum Bar-
to.&c.C.de eden. &c.

378 Geminatio actus eſt maxime importātie
& effectus, vt dixi tibi latiſsime vltra om-
nes in l.j.in.§.quæſtioni.in ij.& iij.col.ff.de
quæſtionibus,ſed vltra omnia quæ ibi dixi
teneas menti ſingulare & mirabile verbum
in hac materia geminationis,videlicet ꝙ li
cet ex forma legis vel ſtatuti pro aliquo cri
mine eſſet imponēda pœna pecuniaria,tñ ſi
accuſatus de tali delicto cōuincitur, ꝙ illud
ēt alias cōmiſit & frequētauit,tūc talis reus
debet puniri capitaliter pœna vltimi ſuppli
cij.ita dixit Bar.Bal. Ang. Odof.& Ioan.de
platea in l.j.per illum tex.C.de ſuperexact.
lib.x.& Bar.& Bal.in l.licitatio.§.quod illi
cite circa prin.ff.de publica. & d.Alexā. in
ſuis apoſtil.in d.l.j.C. de ſuperexact. ꝓ quo
doct.ibi aliqua adducunt, & maxime Ang.
& Io.de platea,nam dicit ibi Ang. ꝙ quādo
aſſeſſores volūt facere aliquē reū mori po-
nunt in inquiſitione quam formāt cōtra eū,
ꝙ illud ſeu illa crimina de quibus inquiri-
tur pluribus vicibus cōmiſit,& poſtea eum
conuincant de tali perſeuerantia, quo facto
dicit ꝙ ſecure poterūt eū ad mortē condem
nare,nō obſtāte ꝙ illa crimina de ſui natu-
ra nō ſint capitalia,quod dicit eſſe bene mē
ti tenendū.pro quo dicit eſſe tex.in l.oēs.C.
de delatoribus lib.x.vbi quis propter con-
ſuetudinē peccandi punitur pœna mortis,
& dicit Ioan. de pla. in d.l.j. de ſuperexact.
ꝙ propter conſuetudinē delinquendi auge-
tur pœna.ad quod alleg. ēt l. facultas C. de
iure fiſ.& l.iij.in fi.C. de epiſco.aud. & d.l.
omnes C.de delato.& dicit do.Alex. in d.l.
j. de ſuperexactio. in ſuis apoſtil. ꝙ ex hoc
etiam dicimus ꝙ ille qui hodie furatus eſt
vnam rem vilem & cras aliam, & ſic ſucceſ
ſiue ꝙ ratione reiterationis & conſuetudi-
nis poterit furca ſuſpendi.ad quod etiam al
leg.Bald.in l.apud antiquos in fi. C. de fur.
& doct.in authen.ſed nouo iure C.de ſeruis
fugi.adducit etiam ipſe do.Alexand.ad hoc
quod dicitur,videlicet ꝙ conſuetus litiga-
re repellitur a teſtimonio alleg.c.quia ſuſpe
ctos iij.q.iiij.& c.nullus.ibi,frequenter liti-
gantes &c.ea cauſa & quæſtione. allegat ēt
alia plura ad hoc,de quibus ibi per eum,&
ad prædicta de illo qui eſt conſuetus furari
quod puniatur pœna mortis vide Angel.de
Aret.in tracta.maleſi.in verbo,& veſtem ce
leſtem abſtulit.in iij.char.in verſic. quero ſi
alias &c.& ibi in addi.& vide Barto.in l. ſi
cui.§.fi.in fi.ff. de accuſatio. quem refert &
ſequitur Ioan.de pla.in d.l.omnes.C.de de-
lato.lib.x.& ad dictum doct.in d.l.j.C.de ſu
perexactio.facit optime tex.& glo.in.§.no-
mine autem criminis xxv.diſti. vbi dicitur
ꝙ peccatū veniale geminatū efficitur mor-
tale,& faciunt dicta per Bar. & Bal. in l.iij.
C.de epiſco.audien.vbi dicunt ꝙ bis carce
ratus pro eodem delicto amplius nō debet
relaxari,etiam ſi ex aliqua cōſtitutione car
ceratus debet relaxari.& ſubdit ibi Bald.ꝙ
non valet indultam principis ſuper condē-
natione ſecunda, niſi fiat mentio de prima,
quia videtur obreptitium,eo quia princeps
non eſſet facturus, quod dicit eſſe menti te-
nendum,& facit etiam,nam licet hęreticus
paratus corrigi non tradatur curie ſeculari
c.penul.§.ſi quis extra de hære.tamen ſi ge
minata vice cecidit nō auditur de correctio
ne c.ſuper eo. & c. accuſatus. de hæreti.in
vj. Et facit in materia geminationis in d.l.
j.§.quæſtioni.ff.de quæſtioni. & faciunt di-
cta per do.Rochum curtium in repeti.c.fin.
in ij.colum.de conſuetu.Et facit etiam,nam
contra frequentantem viam ſumitur indi-
cium maleficij commiſsi in illa via,ſecundū
docto.quos refert & ſequitur domi.Pari.de
puteo in tracta.ſyndicatus in xcvj. char. in
ij.col. verſicu.ſi aliquis eſt inuentus &c. Et
facit glo.in l.conſentaneum C.quomodo &
quando iudex. quæ dicit ꝙ humanū eſt pec
care,ſed diabolicum perſeuerare &c. Et vi
de circa prædictam materiam Alexan. in l.
j.in apoſtil. C. de paſcuis publi.lib. xj. vbi
dicit ꝙ perſeuerantia vel conſuetudo re-
fertur ad duas vices.& vide domi.Lauren.
calca.in conſil. ſuo j. in xix. colum. & vide
Ang.in auth.de trien.& ſemiſ.in.§.& quod

ſepe. vbi dicit ꝙ dictio pluries verificatur in duobus.& idem dixit Bal. in l.fideicommiſſa.§.ſi quis decē ff.de leg.iij.& vide Angel.de Are.in tract.malefic.in ver. pluribus & pluribus.& ibi in addi.& vide tex.in authen.de defenſo.ciuita.§.fi.vbi dicit glo. ꝙ illud fieri dicitur frequēter quod bis fit.prędicta tamen omnia limita & reſtringe niſi geminatio eſſet circa minima,quia tunc ſupradicta non haberent locū,nec homo poſſet morti tradi propter talia minima, quia talia minima non ſunt in conſideratione, vt in l.ſcio.ff.de in integ. reſtitu.l.omnis ff. de impenſis,& in c.licet cauſam in verbo, nulla aut modica.de probatio.& inſtitu. ad legem fal.in prin.in verbo,prō nullo aut modico.de qua materia dixi latius in l.furē. in fine ſecundę columnę.ff.de ſicc.& in ſingu. meo cclxxvj. incip. parum & ad hoc bene aduertas ne erres,& loco iuſtitiæ facere iniuſtitiam & iniquitatem, vt in hac noſtra ciuitate fecit ſuperioribus diebus quidam iudex beſtialis,quod ſi comediſſet fenum fuiſſet vna beſtia & vnus aſinus,voluit oſtendere ſe eſſe doctum & fecit ſuſpendere quendam minorem,quia pro nihilo, & toleratū fuit a ſuperioribus quod grauius eſt,ſed vere dignior fuiſſet ipſe laqueo cum ſine aliqua doctrina auderet ſimilia facere, ſed talia eueniūt quando iudices nō ſtant ad ſyndicatum vt ipſe non ſtabat, quia tunc quod placet licet,& ceca eorum voluntas ſubrogatur loco legis,ſed iſta tranſeant cum alijs enormitatibus hodiernis. Teneas mēti præ dicta. nam pauci ſunt dies quibus illa vidi in facto &c.

379 Clericorum priuilegia in iure ſparſa ſunt plura & plura quæ enumerare & inſimul adducere laborioſum eſſet. vnum poſui ego ſupra in ſing. xxix.incip. ſtatuta laicorum. aliud poſui in ſingu.l v.quod incipit,Aduertas ad vnū &c.aliud in ſing. cvij.incip. priuilegium.aliud in ſing. ccliij.inci. percutiēs clericum & plura alia poſui in repeti. mea rub,ff.de fideiuſſo. ſed vltra omnia alia quę dixi, accipe nouiter vnū aliud non minus dignū,videlicet quod mutilati membris vel corpore vitiati non poſſunt teſtificare contra clericos in cauſa criminali.ita not.dixit Abb.antiquus in c.j.de exceptio. quem refert & ſequitur Bal.in Margarita ſua.in verbo ,mutilati. & idem etiam dixit glo.in c.j. iiij.q.iij.in fi.vltime glo.quæ dicit idem eſſe in bigamo.quod eſt not.& perpetuo mēti tenēdum,ad quæ etiam vide glo.in c. ipſi apoſtoli, ij.quæſtio,vij.Tene menti, quia in contingentia facti faceret tibi magnum honorem & vtilitatem.

380 Furioſus non poteſt facere actum validū, nec ſimiliter cōtra eum poteſt fieri actus validus,ideo non poteſt cōdemnari per ſententiam,ſecundum Spe.in tit.de ſen. in.§.iuſta in verſi. Itē ex nulla ratione litigatoris &c. Et voluit Bal.in authē.& omnino in v. col. C.ne vxor pro marito.Itē ſi committit homicidium non punitur, vt dixi ſatis late in l.iij.in princi.in vij.col.ff.de ſicca.Item non valet eius confeſsio,ſecundum Spe. in titu. de confeſ.§.ſequitur verſi.xiij. Item nō pōt intrare religionem,vt habetur in c.ſicut de regu.& eſt glo. in c.ex eo. de electio. in vj. Item furioſus non obligatur iuramēto,ſecūdum Bart. in l.qui habet in.§. ſi pupillus ff. de tutel.& Bald.in l.ij.in x.q.C.de reſcind. vendi. Item equiparatur prodigo l,j. & ibi Nico.de Neapo.ff.de cura.furio,Bar.in l.is cui.ff.de teſta. Item equiparatur ignorāti l. filiusfa.la.j.& Bar.in fi.ff.de teſtamen. Item equiparatur abſenti l.ſed ſi vnius.§.filiusfa. ff.de iureiur.l.ij.§.fi.ff.ſolu. matrimo.l.ij.§. furioſus.& ibi Bar.ff.de iure codic.Itē equiparatur mortuo,ſecundum Bal. in l ,humanitatis in iiij.col.C.de impu. & alijs ſubſtitu.de quibus omnibus dixi in d.l.j. in prin. in vij.col.ff.de ſicc.quibus tunc addo quod furioſus non habet teſtamenti factionē actiuam,vt in l.is cui. & in l. qui teſtamento in .§.nec furioſus ff.de teſta.& habeś per ſcribentes in l.furioſum C. qui teſtamen. facere poſſunt,imo nec ad pias cauſas poteſt teſtari ſecundum Bart.in l.j. in repetitio. in j.q. C.de ſacroſan. eccle. quem refert & ſequitur do.Philippus decius in l. in negotijs.ff. de reg.iur.Teneas tamen menti ꝙ licet ipſe furioſus non poſsit teſtari,attamen ſi rite & recte teſtetur prout faceret quilibet prudens & diligens paterfamilias, valet & tenet eius teſtamētum.Ita multum nota.dixit Ioā. And.in c.cum dilectus extra de ſucceſſ. ab inteſta. vbi refert ꝙ alias per ſenatores Romanos fuit approbatum teſtamentum cuiuſdam furioſi, quia bene diſpoſuerat,& refert Valerium hoc recitare. quod dictum refert & ſequitur Bald.in c.j.in ij.colum.in titu. per quos fiat inueſtitu.in vſib. feud.& Alexand. in conſilio cxlj. incipien. mature &c.i ij.col.in j.vol.& in cōſi.ſuo lxxxv. incip.viſo themate &c.in ij. colum.in ij.volu.& Socin.in conſil.ſuo xcviij.incip. alias conſului in v.colum.in iij.volu.& Barba.in rubri.extra de accuſatio.in ij.col.& in conſil. ſuo xliij. incipien.illud in xvj.col.in iij.

vol.& in c.ex literis.in pe.char. de conſue. & in c.ſciſcitatus.in v.char.extra de reſcri. in quibus locis refert & approbat illud dictum, licet ipſe Barba.ex verbis ſuis videat in contrarium in c.ſuper quæſtionum.in.§. intentionis, in iiij.col.de offic.deleg.& contrarium ipſe expreſſe tenet in c.ij.in ix.col. de teſta.& in l.j.in prin.in vij.col.ff.de verbo.obli. vbi ſe remittit ad ea quæ dixi in dicto c.ij.ſed Bart.vr̄ tenere cū dicto Io.And. in trac.ſuo de teſte.in c.incipi.oppoſita prudentie &c. Et Iaſ. in l.furioſum.in ij.col.C. qui teſta.face.poſ.& d.Ioan. Neuizanus in ſua ſylua nuptiali, in xiiij.char.in iiij.col.de quo etiam per d.Philip.Deci.in d.l.in negotijs.quæ opi.tanquam communior & rationabilior mihi magis placet, & iſta ſuperioribus diebus adduxi contra aliquos volētes annullare quoddam teſtamentum, probādo ꝙ teſtator non erat in recto nec in ſano intellectu dum illud fecit, nam ego dixi ꝙ ēt ſi non fuiſſet tunc ſane mentis, tū valebat cum ipſe teſtator teſtatus fuerit rite & recte prout feciſſet quilibet prudētiſsimus & diligentiſsimus homo, & adduxi doctrinas ſuperius adductas. Ideo teneas mēti prædicta.

381 Licet reus criminis vbi tractatur de pœna corporali debeat ſtare detentus nec ſit relaxandus fideiuſſoribus, vt habetur in l. fi.C.de accuſa.& in l.ij.C.de exhiben.& in l.ſi quis alieni.C.ad l.iul.maieſt.et in c.quiſquis.ij.q.viij. attamen poteſt relaxari ante ſentētiam qñ apparet ipſum reum fore abſoluendum, quod apparet publicato ꝓceſſu. Ita dixit Bal.in l.ſed ſi is.ff.de in ius vocan.& ibi dicit ꝙ de hoc eſt tex.expreſſus melior de iure in l.nullus.C.de exhiben.re. in verſi.donec repererit &c. Idem etiam dixit ipſe Bald.in l.ſi quis poſt accuſationē.ff. de teſta.& idem voluit Alex.in cōſ.clxxix. incip.in cauſa angelorum.in pe.col.in prin. & Iaſ.in l.ſi pecuniam.in.§.ſed ſi accepit.ff. de condi.cau.da.cau.non ſecu.Et Lud.Ro. in ſing.ccccxcviij.incip. accuſatus.pro quo eſt tex.in l.qui pœnæ.§.j.ff.de manumiſſ. & faciunt dicta per Ioan.de Platea in l.monete.ante fi.C.de delator.lib.x. Tene mēti prædicta quoniam illa pluries practicaui & obtinui, licet iudices ſe redderent difficiles ad excarcerandum reum ante ſniam, tñ finaliter viſis ſupradictis doctrinis annuerunt petitis per me, de quo etiam dixi in repe.mea rub.ff.de fideiuſſo.in xxxj.q.& faciunt dicta per Bald.in l.ſi pro ea.in vj.q.C.manda. quem vide.

382 Aliqui ſunt caſus in quibus reus poteſt interrogari de conſocijs, & tunc dictū ſocij criminis facit indicium ad torturam contra ſocium, vt dixi late i l.j.§.diuus Antoninus. ff.de quæſtio.& ſupra in ſing.ccix.incip.ſocius criminis &c. Sed quæro, ſocius criminis in iudicio coram iudice ſolenniter ſponte vel de tortura ſeruatis ſeruandis, dixit ꝙ Titius fuit eius ſocius ad committendū tale delictum, ex quo dicto poteſt torqueri ipſe Titius qñ ſumus in caſu in quo ſocius criminis poteſt interrogari de ſocijs, vt dixi in dictis locis ſuperius allegatis, hoc ſtante condemnatus eſt reus ad mortem, & dum eſt ſuper furca antequā miniſter iuſtitie eū proijciat & occidat illo inſtanti dicit coram populo, rogo vos omnes vt rogetis deum pro me, & dicatis Pater noſter, & Aue maria, ꝓ anima mea. poſtea dicit, ego in ꝓceſſu meo huius delicti pro quo morior, inculpaui indebite & iniuſte Titium, & dixi, ꝙ ipſe fuit ſocius meus ad committendum hoc delictū, ſcitote omnes ꝙ ego falſum dixi & mētitus ſum, quia dictus Titius nihil vnquam ſciuit de tali delicto quod feci, & ideo dictum Titium exculpo, & ab eo peto veniam de mēdacio quod dixi contra eum, hoc dicto ſtatim miniſter iuſtitie eum proijcit de furca & occidit, an per iſtam exculpationem ſit ſublatum indicium exiſtens contra ipſum Titium propter primum dictū illius rei factum in iudicio ſolenniter coram iudice: in quo Bal.in conſi.ſuo lxxix.incip.regula iuris eſt &c.in fi.in iij.volu. videtur tenere ꝙ non ſit ſublatum dictū indicium perueniens ex prima confeſsione rei, & alleg.rationem dicens quod reuocatio confeſsionis facte in iudicio ſi fiat in carcere nihil operatˀ, quia talis reuocatio fit extra iudicium, non autē in iudicio, & ſic pariter videtur dicendū in reuocatione & confeſsione facta ſuper furca. ego autem hoc dictum Bal.hic nō approbo nec improbo, ſed me remitto ad ea quæ circa hanc quæſtionem & circa hoc dictum Bald.dixi latiſsime vltra omnes in practica mea cauſarum criminalium.in lxix.char.cū ſex chartis ibi ſeq.vbi omnino videas, quia hanc quæſtionem a nemine tactam nec diſcuſſam plene examinaui.

383 Clericus incidens ſine habitu & tonſura an & qñ perdat priuilegium ſuum, habetur late per ſcribentes in c.perpendimus. & in c.in audientia. & in c.cum non ab homine. & in c.contingit, el ij.extra de ſen.excom. & fatis late per Ioan.And.in conſi.ſuo,inci. Quia ſepiſsime &c. incertum inter conſilia do.Alex. nume.ccccvj.ſecundum ordinem

meũ,& per Raph.Fulg.in cõſil.ſuo cxxiiij.
incip.Præſuppoſitus &c.in j.col.& per do.
Alex.in conſi.viij.incip.videretur circa pri
mum.in j.vol.& habetur etiam per d.Lau.
Calca.in conſi.ſuo lxx.inci.Pro dicto Nico
lao &c. Scias tñ quod licet clericus incidat
ſine habitu & tonſura,& immiſceat ſe enor
mitatibus, non tñ per iſta perdit priuilegiũ
fori,licet perdat priuilegium.c.ſi quis ſuadẽ
te diabolo.xvij.q.iiij.ita dixit Ioan.An.in
d.c.perpendimus.quem refert & ſequit̃ So-
ci.in conſi.ſuo xij.inci.quoniam in præſen-
tiarum.in vij.col.& idem dixit Cardi.in d.
c.perpẽdimus.quem refert & ſequitur Ale-
xan.in d.conſi.ſuo viij.in iiij.col.in ver.for
tificantur &c.pro quibus faciunt dicta per
Spe.in ti.de ſen.excom.in.§.j.in verbo, ſed
quæritur vtrum &c.quem videas.

384 Dixi tibi ſupra in ſing.clxxvij.inci.ma
litijs &c.quod malitijs hominũ eſt obuian-
dum nedum recta, ſed etiam indirecta via,
nunc autẽ dico tibi circa eandem materiam
aliud nota. verbum, videlicet pone ſtatuto
cauetur ꝙ oẽs cauſæ intra tres menſes deci-
dantur ſub pœna . Aduerſarius cauſa teſtiũ
producendorum quos dicit habere in lõgin
quis partibus petit dilationẽ quę vltra tres
menſes extenditur hoc caſu nõ obſtante di
cto ſtatuto debet audiri,& ſic poſt tres men
ſes de cauſa cognoſcetur . Ita dixit Dyn.&
Cy.quos ibi refert Bal.in l.ſi cum ipſe.ff.de
excuſa.tuto.quod dicit Bald.eſſe no.dignũ.
& idem dixit Pau.de Caſt.in l.interdum.in
prin.ff.de interdi.per illum tex.de quo etiã
per d.Catal.in trac.ſuo ſyndi.in verſi.lxvj.
inci.adde quod ſi ſtatutum &c.Et per Iaſ.in
l.properandum. in j.colũ.C.de iudi.vide tñ
nota.verbum Alex.in l.j.in prin.in vlt.col.
verſi. Item inquantum.ff.ſi quis ius dicẽ.nõ
obtempe. vbi dixit ꝙ ſi iudex ſuſpicatur ꝙ
pars petat talem dilationem ad probãdum
per calumniam poteſt ei dare talem dilatio
nem omni comminatione, quod ſi non pro-
babit mulctabit eum, & ipſo poſtea non ꝓ-
bante poterit eum mulctare . alleg.hoc vo-
luiſſe Pe.de Ancha.in c.conſtitutus.de fide-
iuſſo.per l.ſi quis dicat.ff.de manumiſſ.& ꝑ
l.ius alimentorum.§.pe.& ibi Bar.ff.de ali-
men.pupil.præſtan. quod in practica dicit
eſſe not.dignum ſecundum Imo. in d.c.cõſti
tutus . de fideiuſſ.pro quo faciunt dicta per
eundem Alex.in d.l.j.in.§.ſi.in vlt.col.ver.
ex hoc nota ꝙ iudex.ff.ſi quis ius dicẽ.non
obtem.Tene menti , quia iſtud dictum põt
etiam inſeruire qñ vnus compromittẽtium
qui promiſit ſub pœna cum iuramento pa-
rere laudo , poſtea vult reclamare a laudo
vt impediat ſeu differat executionem dicẽ-
do ſe enormiter leſum , nam poterit audiri
etiam ſi hoc calumnioſe petat, ſed ſuperior
debebit ſibi dare iudicem ſuper talia aſſer-
ta enormi leſione cum dicta comminatione,
ꝙ ſi nõ probabit dictam allegatam enormẽ
leſionem ꝙ mulctabitur in tantam , & hoc
modo multi litigantes calumnioſi abſtine-
bunt ſe ab eorum calumnijs.

385 Dicit quoddam vulgare prouerbium,ꝙ
omne nimium vertitur in vitium. quod ꝓ-
batur in c.deniq;.iiij.diſt.& voluit glo.in c.
ſerpens.de pœniten. diſtin.j.& tex.in c.niſi
cum pridem.circa med.de renuncia.et ideo
teneas menti ꝙ ſi teſtis laborat aliquo defe-
ctu ex toto non repellitur , tñ ſi plura cõtra
eum laborant,in totum repellitur.Ita no.di
xit Soci.in conſi. ſuo cxviij.incip. viſa &c.
in antepe.col.in verſi.poſtremo &c.in j.vo
lu.& idem Barba.in conſi. ſuo lxxv.inci.ſa
pienter &c.in iiij.col.in iiij.vol.pro quo fa
cit regula illa vulgata , videlicet , quæ non
proſunt ſingula multa iuuant.de qua habeẽ
in l.cum ſcimus.C.de agri.& cenſi.lib.xj.et
per gl.in l.ij.in.§.etas.ff.de excuſa.tuto. &
per Ioan.And.poſt Spe.in ti.de inſtrumen.
edic.§.nunc dicẽdum.in pe.col. & per Bal.
in addi. Spe.in ti.de appel.in pe.char.in ij.
col.in verſi.incip.no.quod diuerſe &c.

386 Inualida licet regulariter non ſint in cõ
ſideratione , vt dixi ſupra in ſing.cclxxiiij.
incip.licet attamen hoc fallit in tribus caſi-
bus . Primo enim fallit qñ de iure aliquid
non valet, tamen princeps ſiue ſuperior fa-
cit illud de facto ſeruari , tunc perinde eſt
quo ad ſubditos ac ſi de iure valeret. Ita di-
xit Alber. de Roſa. in l.cunctos populos.in
vlt.col.C.de ſum.tri. vbi hoc tradit pro re-
gula.& ibi per hoc determinat not.quęſtio-
nem.quod dictum pro no.refert & ſequitur
Alex.in conſi.ſuo cvij.incip.Pro inueſtiga-
tione &c.in vij.col.in ij.volu.& eos refert
& ſequitur Iaſ.in l.vbi pactum. in vlti.col.
C.de tranſactio.vbi poſt d.Alexan.in dicto
conſi. dicit ꝙ idem tenet Cardi.& Ioan.de
Imo.in c.peruenit . de fideiuſſ.& ſubdit etiã
Iaſ. quod ad idem eſt gl.in l.qui habebat.§.
j.ff.de manumiſſ.teſtam.quæ colligit vnum
quod eſt mirabile ſecundum eum,videlicet
ꝙ quando aliquid non tenet de iure , & ta-
men non poteſt hoc opponi eſt perinde ac
ſi valeret. quod dicit Iaſo. vbi ſupra eſſe ſi-
gnandum,quia hoc ſeruit ad multa , de quo
latius ibi per eum . Fallit etiam dicta regula
in alio caſu poſito per Ioan. And.in c.Ioan-

nes.de cleri.coniugatis. vbi dicit ꝙ ſi clericus in minoribus contrahit matrimonium nulliter, puta, quia contraxit cum conſanguinea, priuatur tamen beneficijs, perinde ac ſi legitime contraxiſſet, ea ratione, quia ſaltem contraxit quantum in eo fuit. quod dictum refert & ſequitur Ludoui.Roma.in conſil.ſuo cccclxxxiij. incipien. ſaluatoris ſuffragio poſtulato &c.alias incipit. Dubitatur primo virum &c.in ij.colum.verſicu. tertio quia videmus &c.vbi dixit ꝙ lex ēt pœnalis diſponens in pœnam eius, quod eſt legitime actum diſponere, etiam cenſetur in pœnam eius quod eſt nulliter actū, dum tamen concurrat ratione indemnitatis. ad quod etiam allegat Ioan.And.in c.j.eodem titu.de cleri.coniugatis. & gloſ.ibidem dicentes, conſtitutum in ſacris matrimonium contrahentem, & ſic nulliter beneficijs priuari ſicut legitime contrahentem, ea ratione, ſcilicet ne melioris conditionis ſit qui contraxit illicite q̃ qui contraxit licite. allegat in argumen.c.nuper. extra de biga. vbi apertum eſt bigamiam induci per matrimonium contractum licet nulliter, omni eo caſu quo induceretur per matrimonium legitime contractum. Ita ad literā dicit Ludo.Roma.in dicto ſuo conſi. Fallit etiam tertio dicta regula in caſu quem poſui in dicto ſingu.cclxxiiij.incip.licet vbi videas.

387 Taciti & expreſsi idem eſt iudicium.l.cum quid.& ibi glo.& docto.ff.ſi certum peta.l.quanquam.ff.de ritu nupti.l.ſi cui.ff.de ſeruitu. inſtitu. quibus modis re contrahi. obliga.in princip.& habetur in l.quicquid aſtringende.ff.de verbo. obligatio. & ideo tene perpetuo menti ſingulare verbum, videlicet ꝙ ſicut confeſsio expreſſa facta per partem validat proceſſum nullum, vt dixi late in l.prima.in.§.diuus Antoninus.in iij. & iiij.colum.ff.de quæſtionibus, quia confeſsio non requirit telam ſeu ordinem iudicij, & ibi dixi & ſupra in ſingulari ccj.incipien.in confeſſum &c.& in ſing.ccclxxiiij. incipien.bene & diligenter &c.& in practica mea cauſarum criminaliū.in xxiij.char. poſt medium. Ita etiam confeſsio tacita inducta per contumaciam a ſtatuto volente ꝙ contumax habeatur pro confeſſo, nam talis confeſsio etiam validat proceſſum nullum. Ita ſingulariter dixit Barto. in conſilio ſuo c.incipien.a d.Cy. de Bononia &c.quē refert domi.Nellus in tractatu ſuo bannitorum. in prima parte ſecundi temporis.in q. xlix.incipien. quæritur an talis &c.in ſin. quod eſt not.

388 Defenſio non poteſt tolli alicui maxime in cauſis criminalibus, ut latiſsime dixi in l. unius facinoris.in.§.cogniturum.in ix.& in x.colum.ff.de quæſtionib.& vt ibi dixi terminus defenſionis debet per iudicem dari reo etiam ipſo reo non petente, ſecundum Bartol.in conſilio ſuo c.incipiente a domi. Cyn. de Bononia. in vltima colum. ubi ad hoc allegat text. in lege prima.§.fina.ff.de quæſtionibus & text. in l.ſi non defendantur.ff.de pœn. & idem tenet Barto. in lege quarta.in.§.hoc autem iudicium.ff.de damno infect. & Paul.de Caſtro.in conſilio ſuo xxxiij.incip. Super primo. in ſecunda colum.& in conſilio ccvij.incipien. Super dubio &c.in tertia colum. & Cæpo.in conſil. ſuo xlj.incipien.Licet inuitus &c. in quarta colum.circa princip.& in conſi.ſuo xlvj. incipien.Titulus.in vltima colum.quinimo ipſa defenſio ſeu terminus ipſius non poteſt per aliquod ſtatutum nec per aliquam conſtitutionem tolli, nec per aliquam conceſsionem arbitrij ſublata eſſe videtur, ſecundum Ange.in conſilio ſuo clxxvij.incipien.In facto proponitur &c.vbi ad hoc allegat l.j.& ibi Barto.ff.de teſtamen.mil.de quo dixi in dicto.§.cogniturum.in decima colum. & teneas mēti quod lex & iura adeo fauent defenſioni reorum ꝙ licet princeps de plenitudine poteſtatis poſsit tollere defenſionē in cauſa ciuili & pecuniaria, tamen hoc nō poteſt facere in cauſa criminali. Ita ſingulariter dixit Bald.in l.iij.in.§.ſi is pro quo.ff. quod quiſque iuris. quod dictum refert & approbat domi.Felyn.in capitulo dilecti.in ſexta colum.de excepti.& in capitulo cum olim.in vltima colum.de re iudica.& Soci. in conſilio ſuo cxx.incipiente. Memini me alias conſuluiſſe &c.in nona colum.in verſi cu.tertius caſus &c. Et idem voluit domi. Franciſ.de Are.in conſilio ſuo lxv.incipiente.Sicus Ioannes.in xiij.colum.in verſiculo ad obiecta &c.Et Soci.in conſi.clxiiij.incipien.Viſa bulla.in ſeptima colum.in verſic. tertius caſus quando princeps. & in conſilio clxvj.incipien.In cauſa quæ vertitur. in xx.colum. in verſicu. tertius caſus &c. vbi dicit ꝙ omnes doct. tenent hanc doctrinam Bald. & idem etiam videtur dicere Bartol. in l.filiusfamilias.in ſecunda colum.in verſicu. ſed an tunc.ff.de donatio.Et domi.Paris de Puteo in tractatu ſyndicatus.in xxx. char.in tertio volumi.in capitulo incipies. an poteſtas qui miſit &c. De quo etiam dixi in dicto.§.cogniturum. in vndecima colum, & in practica mea cauſarum crimi. in

lv.& in cxl.charta.vbi videas. & in repeti.
mea.l.j.C.de rap.virgin.in xliij.char. Tene
menti prædicta propter aliquos iniquos aſ-
ſeſſores qui ſitibundi ſanguine humano, pē-
dente termino defenſionis faciunt ſibi fieri
mandatum a ſuperiore ꝙ aliquibus nō ob-
ſtantibus procedunt ad condemnationē &
executionem contra talem reum, quoniam
non poſſunt etiam tunc procedere cōtra ip-
ſum reum durāte termino defenſionis, alias
ipſi aſſeſſores acriter ſunt puniendi pro tali
ſententia & executione irreparabili, quod
eſt ſingulariter notandum per prædicta.

389 Tu ſcis quod natura correlatiuorum eſt
vt diſpoſitum in vno ex ipſis correlatiuis
cēſeatur diſpoſitum in alio, vt ego latiſsime
dixi in l.ſi quis viduā.in v.col.ff.de queſtio.
& in l.circuncidere.in.§.ſeruo.in ij.colū.ff.
de ſiccar.& vltra ea quæ dixi in dictis locis
ſcias ꝙ ſi ſtatutum diſponit quod a ſentētia
lata ſuper executione inſtrumenti guarenti
giati contra debitorem non poſsit appella-
ri, tale ſtatutum extenditur vt verſa vice, ſi
pronuncietur contra actorem petentē exe-
cutionem inſtrumenti prędicti, et ſic in fauo
rem rei, puta inſtrm non eſſe exequendum
639 Abſolutus de delicto in foro cōſcientię poteſt tñ de eodem delicto accuſari in foro contentioſo, vt in c.fin.xxv.diſt.& in c.admonere.& ibi gl.xxxiij.q.ij.& voluit gl.& ibi doc.in c.de his.de accu.nam per pœnitētiam non deſinit quis eſſe nocens, vt habet. ff.de edil.edic.in l.quid ſit fugitiuus. & voluit gl.in d.c.admonere.vbi eſt gl.no. in hac materia.& voluit gl.in c.quãuis plenitudo. de pœniten.diſt.j.& Bal.in l.placet.C.de ſa. ſan.eccle.ante fi.& gl.fi.in c.gaudemus. de diuor.& Archi.in c.cum paſtoralis.vij.q.j. & Dy.in regu.peccatum.de reg.iur.in vj.& Bar.in l.qui ea mente.ff.de furt.Iſtud tamen limita ſing.niſi pœnitentia ſacerdotalis fuerit publica,quia ſi fuit pub'ica ſubrogat' loco pœnitentię cōtentioſe.Ita ſing.dixit Hoſtien in c.tue.de procur.quod dictum refert & ſequitur do.An.Ioan.de Imo.Io.de Ana. in c.de his.extra de accuſa.& do.Nic.Millus in reper.ſuo.in verbo,delictum. in viij. ver. Sed do.Abb.& do.Fran.de Are.in d.c. de his.tenent in contrarium, quos ibi ſequi videtur d.Fely.& mouentur iuribus & rationibus de quibus ibi per eos,& ideo iſtud dictum non eſt ſine dubitatione, mihi tñ magis placet opi.Hoſti.& ſequacium ex pluribus.Et primo per tex. in c.aliud.xj.q.j.vbi dicitur ꝙ publice pœnitentie concedit' venia delicti.Pro qua opi.ſecundum do.Fran. de Are.in d.c.de his.facit tex.in c.ad abolēdam.in.§.ſtatuimus.in prin.de here. vbi dicitur ꝙ excommunicatus propter hæreſim ſi non ſatisfaciat eccleſiæ poteſt puniri per poteſtatem ſecularē ſi eſt laicus, ex quo datur intelligi quod ſi ſatisfacit eccleſiæ non poterit puniri.Item facit etiam ſecundū do. Frā.de Are.vbi ſupra tex.in c.ij.circa prin. extra de maledic. vbi dicitur ꝙ impoſitio pœnitentie publice eſt pœna, cū ergo ſit pœna tendens ad vindictam publicam, impoſitio talis pœnæ tollet aliam pœnam criminalem, etiam ſi imponatur in iudicio ciuili, vt in l.prętor edixit.in.§.ſi dicatur.ff.de iniur. Item vltra dicta iura hanc partem tenet gl. in d.c.de his.de accuſa.in verſi.occulto. ex quo verbo a contrario ſenſu infertur cōtrarium eſſe ſi pœnitentia ſit publica. Itē hanc partem etiam tenet glo.j.circa fin.in c.ij.de ſchiſmati.pro qua opi.etiam facit. Nam longa eſt differentia inter ſecretam pœnitentiā & publicam,arg.tex.in l.ſi idem.C.de condi.ſed ſi eſſet in mente pœnitenti ſeu delinquenti ſecreta pœnitentia poſſet tamen accuſari in foro contentioſo, vt in dictis iuribus. ergo cum publica pœnitentia ſit grauior,& differens valde a pœnitentia ſecreta,ergo debet etiam plus operari quam pœnitentia ſecreta, & ſic debet etiam operari quo ad forū contentioſum,alias delinquens eſſet indebite & fruſtratorie grauatus in pęnitentia publica quod eſſe non debet. Præterea pro hac parte facit.Nam magis punitur delictum publicum quam delictum occultum.clemen.prima & ibi Cardi.in princi.de vita & honeſta.cleri.vt probat tex. & gloſ.in.§.ex maleficijs.inſtitu.de actio. vbi habetur ꝙ furtum manifeſtum grauius punitur q̃ furtum non manifeſtum.& not.Iac. Buiri.Cyn.& Bald.in l.nemo clericus.C.de ſumma trinita.& fide catholi.& Bar.in l.ſecunda.in.§.& generaliter.ff.vi bono.rapto. & habetur in.§.pœna.inſtitu. de oblig.quæ ex delic.naſcun.& in l.j.ff.vi bono. raptor. & voluit Alexan.conſilio ccxxiiij.ſecundū ordinem meum.incip.viſo proceſſu. in decima colum. quod eſt primum cōſilium in iij. volumi.Si ergo magis peccat & magis punitur qui publice delinquit q̃ qui occulte, ergo pœnitentia publica quæ eſt contraria delicto debet magis operari q̃ pœnitentia ſecreta. Et ſi diceremus ꝙ tantum operaretur pœnitentia ſecreta quantum pœnitentia publica eſſet quid inſanum,cum differāt nomine,robore,& effectu.Item & vltimo pro hac parte facit.Nam ex ſupradictis patet ꝙ iura & doct.ſunt varij in hoc dubio quo ſtā te debemus inclinare in benigniorē & humaniorem partem,& ſic in fauorem rei, & ſic debemus ſequi doctrinam Hoſtien.& ſequacium cum habeamus cautum de iure ꝙ in dubijs & obſcuris fauendum eſt reo, & ſequenda eſt benignior opi.vt in reg.in obſcuris.de reg.iur.in vj.& in l.ſemper in obſcuris.ff.de reg.iur.& l.factum cuiq;.§.fina. eodem titu.& in reg. in pœnis.eodem tit.in vj.& in c.eos vero.l.diſtin.in l.merito.ff.pro ſoc.& in l.arrianus.ff.de actio.& obliga. de qua regula latiſsime locutus ſum in repeti. mea.l.fina.C.de probatio.in l.char.cum ibi ſeq.& in repeti.mea rub.ff.de fideiuſſ.in x. col.& in practica mea cauſarum criminali. in.§.ſecunda quæſtio.nume.lxvij. Et ex ſupradictis iuribus & rationibus mihi magis placet opinio.Hoſtien. domi.Ant & ſequacium q̃ opin.contraria, & cum illa tranſeo non obſtat adductis in contrarium. Tene-

menti prædicta quia iſta non ſunt parui mo
menti, ſed imo magni, vt de ſe patet. & de
prædicta quæſtio. vide etiam domi. Anton.
Burgos in c. ij. in pe. col. de emp. & ven. vbi
plura dicit circa dictam quæſtionem.

640 Examinaui alias in practica mea cau-
ſarum criminalium. in. §. diligenter. numero.
lxxxv. an minæ faciant indicium ad tortu-
ram. Nunc autem quia pendet de facto quę-
ro, an propter ſolas minas licitum ſit occi-
dere minantem? quam dubitationem ponit
Cy. & alij in l. j. C. vnde vi. & Ang. de Aret.
in. §. ius autem gentium. inſtitu. de iure natu
ra. gen. vel ciui. & doct. in l. vt vim. ff. de iu-
ſti. & iur. & do. Anto. in c. olim. el j. in penul
ti. colum. de reſti. ſpol. in quibus locis prędi
cti doct. faciunt quaſdam diſtinctiones. Sed
tu breuius & verius loquẽdo dicas q̃ ſi ali-
quis minatur mihi vulnerare vel occidere,
& eſt in actu vulnerandi vel occidendi tũc
eſt mihi licitum eum occidere vel vulnera-
re, alias per ſolas minas ſi ipſe minans non
eſt in actu, nõ erit licitum occidere vel vul-
nerare eum. ita dixit Bal. in l. j. ad fi. C. quan
do lice. ſe ſine iud. vin. quod dictum pro no.
refert & ſequitur Iaſ. in l. vt vim. nu. xiiij. ff.
de iuſti. & iure. ſed tamen vltra eum dicas
q̃ idem dixit Bal. ſuper ſtatu. in verbo, pax.
in primo verſicu. & Angel. in l. quemadmo-
dum. ff. de inoffi. teſta. & Corſe. in no. ſuo in
verbo, metus. de quo etiam ego dixi in pra-
ctica mea. in. §. diligenter. nume. lxxxvij.
in qua materia vide etiam Gandi. in tracta.
maleficio. in titu. de aliquibus quæſtionibus
varijs in maleficijs. in vj. colum. in verſicu.
item pone quæſtionem, quidam fuit mina-
tus. Et ſcias quod nedum eſt licitum occide
re minantem dum eſt in actu percutiendi,
quia etiam eſt licitum occidere illũ qui eſt
in actu percutiendi, etiam ſi non minatur, et
ideo ſi aliquis veniebat contra me cum gla
dio euaginato et ego occido eũ non teneor,
quia dicor feciſſe ad meam defenſionem, ita
dixit Bar. in l. ſed & ſi quemcunque. in prin
ci. ff. ad l. Aquil. quod dictum referunt doct.
in pluribus locis quos ego retuli in l. is qui
aggreſſorem. in nu. xij. C. de ſicca. vbi plura
adduxi in materia &c.

641 Deceptus non tenetur ſtare deceptioni
ſed põt venire contra illud quod fecit dum
fuit deceptus, & ideo ſi iudex reperit ſe de-
ceptum in interpoſitione decreti põt pro-
prio motu ex ſuo mero officio illud reuoca
re, ita dixit Ioan. And. in c. cõſultationibus.
de offi. deleg. in nouella. quem refert & ſe-
quitur Bal. in c. j. in v. colum. in fi. de mili. va
ſa. qui contu. eſt & idem voluit Innocen. in
c. dilecto. de verbo. ſigni. quem refert & ſe-
quitur Ludo. Ro. in conſi. ſuo ccccliiij. inci.
In re præſenti. in iiij. colum. Ad quod facit
etiam quod voluit Ioan. And. in addi. Spec.
in titu. de inſtru. edi. in. §. nunc aliqua. in de-
cima col. vbi dixit quod ſi executor teſta-
menti volẽs obedire teſtatori diſtribuit cer
tam ſummam pecunie quam dedit vni ſcho
lari pauperi, ſi poſtea appareat eum nõ eſſe
talem ſed eſſe diſcholum, & non ſtudioſum
q̃ poteſt quod dedit repetere. quod dictum
refert & ſequitur Iaſ. in l. cum quid. in fin. in
prima lectu. illius. l. ff. ſi certum peta. Et hæc
omnia alias vidi in facto, & de iſtis vide ẽt
ſupra in ſing. cccxx. inci. ſepe contingit.

642 Solita & conſueta ſunt magne impor-
tantie, vt ego dixi plura adducendo in pra
ctica mea cauſarum crimi. in. §. quoniam. nu
mero xcvij. cum ſeq. & ibi in. §. vlterius. nu
me. ix. Et vltra dicta in dictis locis ſcias q̃d
nedum non eſt in dolo, ſed nec etiam eſt in
aliqua culpa ille qui facit illud quod eſt ſoli
tum fieri quamuis ſit illicitum, ita dixit Iaſ.
in l. certi condictio. in. §. ſi nummos. numero
xxvij. ff. ſi cer. peta. ad quod alleg. Bar. in l.
ſi pignore. §. fin. ff. de pigno. actio. & ſubdit
Iaſ. vbi ſupra quod illud quod fit ab omni-
bus non eſt vitioſum, quæ omnia tene men-
ti ad corroborationem conſuetudinis, & in
materia vide aliqua per domi. Franciſ. de
Are. in conſi. xxxviij. incipien. Conſultiſſi-
me &c. in ij. colum.

643 Magne operationis & importantie eſt
clauſula, Si ſenſeris te grauatũ compareas
coram nobis recepturus iuſtitie complemẽ-
tum, vt appareat ex dictis Bal. in rub. C. cõ-
mi. vel epiſto. & in l. ij. in iij. colum. verſi. ve
nio ad citationem. C. de epiſc. audien. & per
Bar. & alios in l. j. C. de execu. rei iudi. & in
l. de pupillo. in. §. meminiſſe. in j. colũ. ff. de
ope. no. nuncia. & de dicta clauſula habetur
per glo. & doct. in c. ex parte. el j. de verbo.
ſigni. & per Bal. in l. ij. in ij. col. C. de tranſa.
& late per Berth. in reperto. ſuo in verbo,
præceptum. in ij. colum. in vlti. nota. & per
Bal. in l. j. ff. de iure delib. & in l. cum quidã.
ff. de lega. ij. & per Ang. in l. ſi ſic. ff. de lega.
j. & per Abba. in c. j. de cau. poſ. & proprie.
& per Ioan. And. in additio. Specu. in tit. de
ſenten. in. §. ſpecies. in additio. incip. Habeo
quæſtionem &c. & per do. Fely. in c. eccle-
ſia ſancte Marie. in xij. colum. verſicu. & de
præcepto &c. de conſti. & per Guil. de Cu.
in l. quoties. ff. de in diem addic. & per Spe-
cu. in tit. de citatione. in. §. iam de citatione,

verſi.ſi igitur.& in titu.de prola.ſen.§.ij.in
ver.ſed nunquid &c.& per Bar.in l.ius ali-
mentorum.ff.vbi pup.edu.deb. & per Bal.
in l.ne quicquam.§.vbi decretum.in v.col.
ff.de offi.procon.& per Ioan.And.in addit.
Spec.in titu.de aduoca.in.§.ſequitur. verſi.
ſtudeat.Et circa validitatem vel inualidita
tem præcepti iudicis facti cum dicta clauſu
la dicunt communiter docto. in dictis locis
quod aut tale præceptum eſt nullum aliqua
ratione vel cauſa,vtputa,quia emanauit ſi-
ne cauſæ cognitione vel ſine citatione par-
tis,& tunc talis clauſula nihil operatur,ſiue
compareat ille cui eſt factum præceptũ ſiue
non,quia ex quo dicitur in præcepto ſi ſen-
ſeris te grauatum compareas &c.& præce-
ptum nullum cum non valeat in nullo gra-
uat, ideo non tenetur comparere,vt in l.ea
quidem.& ibi no.C.ſi mãci.ita fue.alie. Aut
præceptum eſt aliquod,tunc ſi ille cui eſt fa
ctum præceptum non comparet,& tũc præ
ceptum remanet firmum , ſi comparet tunc
reſoluitur in vim ſimplicis citationis,vt ha-
betur in d.l.ea quidẽ.de quo etiam per Inn.
in c.cum veniſſent.de reſtitu.ſpolia. de quo
etiam per Iaſ.in d.l.ne quicquam.in d.§.ubi
decretum.in iij.& iiij.colum.de offi.procõ.
& per gl.in d.c.ex parte.de verbo. ſigni. &
per Innoc.in c.fi.de cohabi.cle.& mulie. &
per do.Par.de Pute.in tract.ſyndi.in lxxvj.
char.in iiij.col.in verſi.& dixit Bal.&c. Et
in hac materia teneas menti quod valet prę
ceptum factum cum illa clauſula,& ſi ſenſe-
ris te grauatum compareas &c. quando po
teſt per iudicem incip.a facto ſeu ab execu-
tione,ſed ſecus ſi requiritur ordo iuris.ff.de
ope.no.nuncia.l.de pupillo.§.meminiſſe. in
gl.& ibi per Bar. Item etiam ſecus ſi conten
ta in præcepto grauant partem cui eſt factũ
pręceptum,vt in datione poſſeſsionis,vt ha
betur in l.fi.C.ſi per vim vel alio modo. ita
ſing.dixit Bal.in addi.Spe.in titu.de cita.in
ij.col.in verſi.inhibitio &c.quod dictum re
fert & ſequitur do.Par.de Pute.in tractatu
ſyndic.in lxxviij.char.in iiij.col.ante med.
vbi etiam ſubdit quod licet præceptum iu-
dicis poſsit iuſtificari per clauſulam,ſi ſenſe
ris te grauatum &c.hoc eſt verum niſi cita-
tio ſit nulla ipſo iure , quia tunc non poteſt
iuſtificari.arg.l.quædam mulier.ff.fami.her
ciſcun.et l.iure noſtro.ff.de teſt.tut.ad quod
alle.Bal.hoc expreſſe dicentem in l.ad perẽ
ptorium.in fi.verbis.ff.de iudi. Tene menti
prædicta,quia fuit quotidiana & frequen-
tantur a iudicibus, quibus videtur de præ-
ceptum fore licitum,dummodo in eis ſit in-
ſerta dicta clauſula iuſtificatiua , ſi ſenſeris
te grauatum cõpareas &c.ſed profecto ſeip
ſos decipiunt in dictis iuribus.& vide infra
in ſing.ccccccxlviij.ici. cauſę cognitio &c.

644 Tradidi tibi ſupra in ſing.cccccxxj.
incip.magne importantie.aliqua circa hanc
materiam redditionis rationis teſtium , nũc
autem dico tibi vnum ſingularius in eadem
materia,videlicet,quod licet teſtis non red-
dat aliquam rationem dicti ſui, tamen pro-
bat,quia in nudo teſtimonio ſemper præſu-
mitur ratio viſus ſi teſtis non eſt interroga-
tus in cauſa ſcientiæ,quia ſemper ſubintelli
gitur tacite efficax cauſa ſcientię vt teſtimo
nium valeat & non pereat.ita formaliter di
xit Bald.in c.ſicut nobis.in ij.col.de ſenten.
& re iudi.quod dicit ipſe eſſe ſing.quod di-
ctum non memini me alibi legiſſe.

645 Aduertant principes ſeu terrarum do-
mini contrahentes cum eorum ſubditis,qm̃
tales contractus vt plurimum ſunt inualidi
& de iure exequi non poſſunt,nam tales cõ
tractus præſumuntur facti metu propter ſu-
perioritatem & potentiam ipſorum domi-
norum & ſuperiorum quo caſu propter me
tum non valent,vt in toto titu. quod metus
cauſa. & idem ſi fiant ex blandis verbis ip-
ſorum dominorum & ſuperiorum, quia blã
ditie potentum inducunt iuſtum metum,vt
eſt gloſ.in l.j.C.ſi rector prouin. & in l.j.ff.
quod iuſſu.& rogatio domini vel ſuperio-
ris habet vim præcepti,vt dicit Bar.in tra-
cta.tyrannidis.in iiij.col.pro quo facit illud
vulgatum,videlicet,Eſt rogare durum ſpe-
cies violenta iubenti.vt refert Bal.in l.ſi mã
dator.C.quod cum eo. & Alexan.in conſil.
ſuo cxxiiij.incip.Omiſsis &c.in fi.in j.vol.
ad quod faciunt dicta per Barbat.in c.quo-
niam abbas.in xxv.colum.de offi.deleg. Et
ideo teneas menti perpetuo quod ſi ſubdi-
tus remittat ſuperiori vſuras pro modico
non tenet talis remiſsio , quia præſumit fa-
cere per metum.ita no.dixit Ioan.Andr. in
addi.Spe.in ti.de vſur.in.§.j.in prima addi.
magna,quod dictum pro not.refert & ſequi
tur do.Paris de Puteo in ſuo tracta.ſyndic.
in xiiij.char.in princ.ij.col.vbi latius loqui
tur circa hoc.

646 Iudices inique agentes credunt ſe poſ-
ſe euitare penas ſyndicatus ex pluribus cau
ſis,ſed ſeipſos decipiunt,& ideo attende qđ
licet ſententia iudicis male iudicãtis fuerit
ſemel vel bis confirmata per iudices appel
lationis , poterit tamen ipſe iudex pro tali
ſententiã in ſyndicatu conueniri, & idem ſi
appellatio interpoſita ab ipſa ſententia fue-

rit deſerta. ita not. dixit Inno. & Ioan. And. in c. paſtoralis. de offi. deleg. & voluit etiam hoc idem Innocē. in c. ſæpe. de appel. & voluit do. Catal. in tracta. ſuo ſyndi. in verſicu. xxv. incī. adde & bene nota &c. vbi ad hoc etiam alleg. Angel. idem dicentem in l. dies cautionis. ff. de dam. infe. in. §. fi. et ibi etiam ſubdit Ang. vnum nō minus dignum, videlicet, quod licet quis reportauerit contra ſe ſententias conformes, attamen poteſt etiam cōqueri de iudice in ſyndicatu. Pro quibus etiam faciunt dicta per Bar. in diſpu. ſua incip. iudex qui per imprudentiam &c. et per Bal. in c. iudices. de pace iuramen. fir. & per Barba. in c. paſtoralis. in. §. quia vero. in vij. col. de offi. deleg. quæ omnia etiam refert & ſequitur do. Par. de Pute. in ſuo tract. ſyndi. in xvij. char. in ij. col. & in eodem tracta. in xix. char. in j. colum. vbi etiam dicit idē eſſe ſi ille qui contra ſe reportauit ſententiā ab ea non appellauit. & idem dicit eſſe in illo qui appellauit, nam licet pendeat appellatio poterit tamen agere contra iudicem in ſyndicatu, de quibus latius per docto. in locis præallegatis. Et ad prędicta faciunt etiā dicta per Bal. in l. j. C. ſi aduer. ſol. vbi dixit quod ſi primus tutor reddidit rationem adminiſtrationis pupilli, quod ſi eſt male reddita licet ſecundus tutor cōfiteatur illā eſſe bene redditam, quod iſtud non nocet pupillo. & vide etiam do. Par. in dicto ſuo trac. in liiij. char. in iij. col. verſi. ſi iudex pronunciauit &c. vbi no. loquit. & vide omnino Alexan. in l. j. in penul. & vlt. apoſt. ff. de appel. vbi no. loquitur & ponit alia plura facientia ad hanc materiam quæ per te videas, & latius de omnibus ſupradictis vide per do. Philip. Deci. in dicto c. ſæpe. in iij. & iiij. colum. de appellatio.

647 Remota appellatione per legem vel ꝑ ſtatutum non intelligitur remota ſupplicatio, ſecundum glo. in l. j. ff. de offi. præfe. præto. & gl. in c. ex literis. de in integ. reſti. quā gl. ibi ſequitur Ioan. And. & d. Ab. Sed ſcias tamen ꝙ ſicut non auditur quis poſt binam appellationem a ſe interpoſitam, vt in l. j. C. ne li. ter. prouo. ita nō auditur etiam ſupplicans poſt binam appellationem. ita dixit gl. quam doct. communiter ibi ſequuntur in l. fi. C. vt lit. penden. & ita per illam glo. firmauit do. Par. de Pute. in tracta. ſuo ſyndica. in xviij. char. in iij. colum. vbi alia plura adducit in materia.

648 Cauſæ cognitio eſt magne importātie, de qua alias plura dixi not. in l. qui cedem. in iij. iiij. & v. col. ff. de ſicca. Sed illud dico tibi nunc non minoris vtilitatis, videlicet, ꝙ præceptū pœnale iudicis factum ſine cauſæ cognitione non valet. ita dixit Alber. de Roſa. in ſecunda parte ſtatuto. q. cliij. incip. quærit etiam Gui. &c. vbi etiam dicit ꝙ ille qui non obedit tali præcepto non cadit in pœnam ipſius præcepti, de quo ego dixi in practica mea cauſa. crimi. in. §. ſecunda qō. nume. lxxix. cum ſeq. & idem dixit Inno. in c. tua. de coha. cle. vbi etiam dicit quod mandata vel præcepta quæ fiunt ſine cauſæ cognitione habentur pro media citatione qd dictum pro valde no. refert & ſequitur Bal. in l. ius alimentorum. ff. vbi pup. edu. deb. & eos refert & ſequitur d. Par. de Pute. in ſuo tracta. ſyndica. in lxxviij. char. in iij. colum. vbi adducit Bal. in l. ſed & ſi quis. ff. quemadmō. teſta. ape. vbi dicit quod quando periculum eſt in mora iudices frequēter a prę cepto incipiunt, & poſtea illud iuſtificant per examinationem cauſæ, & dicit ēt quod idem tenet Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de ſen. in. §. iuſta. vbi dicit quod vbi periculū eſt in mora ne partes veniant ad arma quod tunc iudex poteſt facere præceptū ſine alia cauſæ cognitione, licet poſtea ceſſante periculo debeat reuocari. Et dicit etiam Paris vbi ſupra quod ſi iudex facit aliquem citare coram ſe & ſibi mandat quod iuret obedire ſuis præceptis, quod ſi iſte citatus non obtemperat non eſt contumax, quia illud mandatum fuit nudum & ſine cauſa. alleg. hoc voluiſſe Dy. & Bal. in l. ſi. ſa. in. §. diui. ff. de leg. j. de quo latius per eum vbi ſupra tene menti prædicta, quia modernis temporibus iudices faciunt præcepta ex abrupto ſine aliqua cauſæ cognitione, ſed ſolum pro libito & voluntate eorum. & vide quæ dixi ſupra in ſingul. cccccclxiij. incip. magne operationis &c.

649 Sæpe contingit quod officiales infirmitate vel alia de cauſa impediti faciunt aliquem ſuum locum tenentem, qui locum tenens poteſt facere ea quæ facere poterat ipſe officialis principalis, vt eſt tex. in l. fuggerente. C. de offic. eius qui vicem alte. ger. & ibi Bar. Sed ſcias tū quod talis vice gerens poterit facere eo caſu quo facere poteſt ipſe principalis officialis, præterquam nō poterit imponere pœnam mortis nec mutilationis membri. ita dixit gl. no. in d. l. ſuggerente. quam ibi no. Bar. & idem dixit d. Par. de Put. in ſuo trac. ſyndi. in xcij. chart. in ij. col. circa prin. vbi vr hoc limitari niſi talis vice gerens ſeu locum tenens eſſet factus de conſcientia ſuperioris, quia tunc poſſet impone

re pœnam mortis & mutilationem mẽbrorum, ad quod alleg. plura de quibus ibi per eum. Et vide quæ ego dixi in trac. meo bannitorum in verbo, delictis. nu. xxx. cũ duobus numeris ibi ſeq.

650 Bannitus poteſt impune occidi ſi extat ſtatutũ volens quod bãnitus in pœna corporali poſsit impune occidi, quod ſtatutum valet & tenet de iure, ſecundum Ioan. And. in addi. Spe. in ti. de conſti. §. j. circa pe. & vlti. col. & voluit Hoſt. in c. fi. de conſue. & Bar. in l. oẽs populi. in iij. q. prin. ff. de iuſti. & iu. & in l. ij. per illum tex. C. qñ lic. ſe ſine iudi. vin. & Bar. & Bal. in l. vt vim. ff. de iuſti. & iur. & volũt alij plures quos ego adduxi in l. j. in prin. in viij. col. ff. de ſicca. Et ſcias qđ non ſolũ bannitus, & in figura banni deſcriptus vigore dicti ſtatuti põt impune occidi, ſed etiam poteſt impune occidi vigore dicti ſtatuti ille qui non eſt bannitus, nec in figura bãni deſcriptus ſi eſt violator priuilegiorum eccleſiæ, ita ſing. dixit Saly. in auth. nẽ quęcunq;. C. de epiſ. & cle. & alle. rationem dicens ꝙ hoc euenit, quia talis violator priuilegiorum eccleſiæ eſt bannitus ipſo iure per illum tex. quod vere eſt verbum no. deſeruiens ad plura.

651 Puto te ſcire regulã illam vulgatam, videlicet, ꝙ nemo eſt dñs membrorũ ſuorum, vt in l. liber homo. ff. ad l. Aqui. & ideo quis non põt ſe obligare pro alio ad pœnã corporalem, vt dixit gl. in c. cũ homo. xxiij. q. v. et voluit Bal. in l. j. ver. ſecundo reuoco in dubiũ. C. ne fil. pro pat. vbi alle. d. gl. & idẽ voluit Saly. in l. ſi filiusfa. circa prin. eo. titu. & Bald. in rub. C. res inter alios act. & Ioan. de Ana. in c. ij. in vj. col. de delic. pue. & Iaſ. in l. j. in pe. col. ff. de in lit. iur. & Bal. in cõſi. ſuo cciij. incip. Duo famuli. in j. vol. de quo ego latius dixi in repe. mea rub. ff. de fideiuſ. in xxix. q. de qua materia etiã aliqua dixi in l. infans. in ij. col. ff. de ſicca. & in ſingula. meo clxxxix. incip. tu audiuiſti &c. & in l. j. in j. col. ff. de ſicca. & in l. pe. in j. col. verſ. datur. & iij. lec. ff. de qõ. ĩ qua materia plura dicit d. Fel. in c. ſolite. de maio. & obe. & in c. contingit. circa me. de ſen. excõ. & Bal. in l. j. in pe. col. in fi. C. de ſer. fug. & Bar. in l. tranſigere. in pe. col. verſi. ex parte actoris &c. C. de tranſa. & Iaſ. in. §. pœnales. in xj. col. inſtitu. de actio. & in. §. actiones aũt. in xj. col. eodem ti. Et tene menti not. verbũ, videlicet, quod adeo eſt vera dicta regula quod nemo eſt dñs membrorũ ſuorum, quod ſi ille qui debet ſoluere pœnam pecuniariam vel fuſtigari ex delicto per eũ commiſſo eſt ſoluendo, & vult potius fuſtigari quã ſoluere, iudex non debet ipſum audire ſed debet cogere eum ad ſolueñ. & bona ſua vẽdere, ita dixit Bal. in l. quicunq;. in pe. col. C. de ſer. fu. alle. l. de pollicitationibus. ff. de polli. quod dictum pro valde no. refert & ſequit' d. Par. de Put. in trac. ſuo ſyndi. in lxxv. char. in ij. col. in prin. quod eſt no. dignũ, & circa hanc materiam vide d. Fel. no. loquentę in c. ſicut iudei. in ij. col. de iude. vide tñ Ang. in auth. vt nulli iudicum. §. fi. in vlt. col.

652 Diligenter aduertãt ſucceſſores officialium in officijs quod iudices ſeu officiales ĩ quorum locũ ſuccedunt ſtent ad ſyndicatũ & fugam non arripiant, nam ſi tales ſucceſſores ſunt negligentes & non dant operam ꝙ tales officiales ſtent ad ſyndicatũ, & permittunt eos aufugere ipſi ſucceſſores tenentur pro eis & puniẽdi ſunt ea pœna qua ipſi officiales qui augerunt erant puniendi. tex. eſt not. de hoc in l. j. §. ſimilique pœna. C. vt omnes iudi. tam ciui. ꝙ̃ mili. &c. quem tex. pro nota. ad hoc allẽg. d. Par. de Pute. in tracta. ſuo ſyndi. in lxxx. char. in fi. in j. colum. quod eſt ſumme not. ab officialibus qui ſuccedunt alicui officiali in officio ꝑ eũ finito.

653 Affinitas ſeu cõiunctio ſanguinis eſt maxime potentie, & multũ operatur, vt ſatis dixi in repe. mea. l. vnice. C. de rap. virg. nu. cxcvij. per duas col. ibi ſeq. Sed nunc addo vnum non minus ſolẽne, videlicet, quod affinitas ſeu coniunctio ſanguinis eſt tante potentie quod ſi duo inimici faciunt pacẽ adinuicem & vnus promittit alteri eum non offendere ſub pœna, quod iſto caſu ſi vnus ipſorũ offendit affinem vel coniunctũ alterius, ita cadit in pœnã tanꝙ̃ ſi eũ offendiſſet, ita ſing. dixit Pe. de Anch. per illũ text. in c. ſciant cuncti. de ele. in vj. quod dictũ ꝓ valde not. refert & ſequit' Iaſo. in l. j. ff. de in ius voc. vt eant aut ſatiſd. & in l. de pupi lo. §. ſi qs ipſi prætori. in x. col. nu. xiij. ff. de ope. no. nun. & in l. j. in j. col. C. de indi. vidui. tol. vbi dicit qđ idẽ voluit Io. An. in reg. fruſtra. in mercu. Quod tñ limitat ipſe Iaſ. niſi appareat quod affinẽ offendat ex alia cauſa quã ex illa cauſa quã habet cũ principali cũ quo fecit pacem, ad quod alle. d. Ant. & Ioan. de Imo. in c. ij. de renunc. Tene menti qm̃ ſæpe occurrit in facto & prima facie quilibet diceret contrariũ, & vide q̃ dixi in repet. mea rub. ff. de fideiuſ. in iiij. col. de quibus ẽt. dixi ſupra ĩ ſing. cccxxxj. inci. pacẽ faciẽs &c. & hic repe. ibi dicta ductus obliuione eorũ quæ ibi dixi, ſed nõ puto hoc abſonũ nec ĩconueniens qm̃ nunꝙ̃ nimis qđ nunꝙ̃ ſatis.

654 Multos iam vidi peritos & quotidie video eos errare & ſeipſos decipere, & pauci ſunt qui in hoc non errent. Nam quando in aliquo inſtrumento iurarunt omnia in ipſo inſtrumento cõtenta attendere, & obſeruare, & in aliquo non contrauenire aliqua ratione vel cauſa, ſi poſtea volunt dicere illũ contractum vſurarium, vel ſimulatum, vel nullum aliqua alia ratione vel cauſa ne incidant in periurium vadunt coram epiſcopo vel eius vicario & petũt abſolutionem vel habilitationem a dicto iuramento, qua abſolutione vel habilitatione obtenta corã iudice ordinario mouent litem ſuper dicto inſtrumento ex aliqua cauſa & non animaduertũt quod tale iudicium proceſſus & ſententia quæ ſequẽtur ſunt nulla & inualida, quoniam iudex præparati debet eſſe iudex præparantis ne iudiciorum contiguitas ſeu connexitas diuidatur, vt habetur in l. ordinarij. C. de rei vendi. & in l. nulli. C. de iudi. & ratio poteſt eſſe, quia in ciuili & in criminali cauſæ continentia non debet diuidi, vt in l. qui de crimine. C. de accu. & ideo idem debet eſſe iudex iudicij præparantis & iudicij præparati. ita ad literam dixit Bald. in d. l. ordinarij. in j. colum. C. de rei ven. quod dicit eſſe bene not. quod dictum pro valde not. & ſingu. exclamat do. Ioan. Baptiſta de Cazalupis in repeti. l. omnes populi. in iij. char. in iij. colum. poſt prin. ff. de iuſti. & iure &c. & do. Alex. in conſi. ſuo cxcvj. inci. Circa primum &c. in vltima colum. in ij. volu. de quo ego dixi in conſil. meo lxxxiiij. incipien. Caſus talis eſt &c. alias incip. vias tuas &c. in iiij. char. Tene menti, quia vt ita dixerim totus mundus errat in hoc, ex quo poteris annullare infinitas ſñias & ꝓceſſus.

655 Dicit quoddam prouerbium quod homo nunquam deberet adherere nec ſe impedire cum magno & potenti viro, nec etiam cum magno flumine, quia vterque eorũ ſæpe vtitur violẽtia irreparabili, & quod hoc ſit verum in magno viro, patet, ex tex. in l. ij. C. de commu. re. alie. vbi dicitur quod qñ princeps habet rem communem cum alio etiam diuiſibilem, ſicut poteſt partem ſuam pro libito vendere, ita etiam ſimul cum illa partem ſocij etiam ſine cauſa ſoluto ei pretio. quem tex. alleg. Abb. in c. penul. in nona colum. de re iu. & illum tex. alle. etiam Bar. in l. fi. C. ſi contra ius vel vti. pub. & d. Fely. in c. quæ in eccleſiarum. in xviij. col. verſic. ſexta declaratio. de conſtitu. vbi dicit quod ſimilis eſt tex. in l. j. C. de vẽ. rer. fiſ. lib. x. dicens hoc procedere etiam ſi ad fiſcum minima portio dictæ rei pertineret. & refert do. Fely. vbi ſupra Bald. in d. l. ij. C. de commu. re. alie. quod equum tamen eſt ꝙ princeps venditurus rem communem prius requirat conſortem & eũ præferat ſi vult dare quantum alius. argu. l. neceſſe. ff. de in diem addi. & l. j. ff. de priui. credi. quod dicit eſſe no. ad limitationem l. dudum. C. de contrahẽ. emp. quæ omnia etiam ſunt notan. ad materiam. l. nec emere. C. de iure delib.

656 Vẽditor regulariter tenetur de euictione, vt in toto ti. ff. & C. de euic. & in c. fi. extra de emp. & vendi. & habetur in l. fin. C. de actio. emp. & in l. ſtipulatio iſta. ff. de verbo. obliga. Sed de vno dubitari poteſt, pone quod vẽditor in inſtrumẽto dicit quod nullo modo vult teneri de euictione, an hoc caſu ſit aliquod remedium emptori ſi res fuerit euicta legitime? in quo dicas quod ſic, tali caſu tenetur venditor, ſaltem ad pretium reſtituẽdum emptori. tex. eſt no. in l. emptorem. in. §. penulti. ff. de actio. emp. & voluit Ang. de Are. in. §. actionum. in xvj. col. inſti. de actio. & in. §. fi. inſtit. de empti. & vendi. quod ipſe in d. §. actionum. dicit eſſe verum quãdo genere eſt factum tale pactum quod ipſe nullo modo vult teneri de euictione a quocunq; euincatur, ſed ſecus ſi ſpecialiter ſpecificaretur certa perſona, puta ſi dicatur ſi euincatur a Sẽpronio vel a Caio noſo teneri, quod tunc ſi ab aliquo ipſorum euinceretur non teneretur venditor etiam ad reſtitutionem pretij. iſte eſt tex. cum glo. ſua. j. in l. qui libertatis. ff. de euict. & voluit Bald. & Saly. in l. j. C. de peri. & commo. rei ven. & Ang. de Are. in d. §. actionum. in xvj. colum. in prin. & voluit Lud. Roma. in ſingula. ſuo cclxxxv. inci. ſi uendo &c. Sed pone quod inſtrumento venditionis vẽditor dixit ſe ſolum velle teneri de ſuo facto vel dato tantum, & poſtea res euincitur ex facto ſui authoris, an tunc teneatur ipſe venditor? in quo breuiter dicas quod ſic, quod tenebitur ex cauſa ſeu ex facto ſui authoris, quia per illam taxatiuam tantum, nõ videtur excluſum factum ſui authoris, ita dixit Bar. in l. ſi ſeruus. la ij. in prin. ff. de cõdi. fur. & eum refert & ſequitur Bal. & Saly. in l. fi. C. de act. emp. & Alexan. in d. l. ſi ſeruus. & Angel. de Areti. in d. §. actionum. in xvj. col. inſtitu. de actio. & illam doctrinã Bar. in d. l. ſi ſeruus. refert & ſequitur Ludo. Ro. in l. ſtipulatio iſta. in prin. ff. de verb. oblig. & d. Ant. Bur. Hiſpanus. in c. fi. in ix. col. extra de empi. & vendi. vbi dicit quod illa doctrina Bar. communiter tenetur licet Bald. eam non firmet

in c. j

in cap.j.in fi.qui ſucceſ.tenean.in vſib. feu. ſubdit tamen do.Anto.in d.c.fi. de emptio. & venditio.illam doctrinam Bart. & ſequa cium eſſe veram in authore vniuerſali, ſecus in authore particulari,vt quia ipſe mihi vendidiſſet,& ego poſtea tibi vendidiſſem, quia tunc non ero obligatus ex facto mei authoris, alleg. ad hoc glo. quam dicit ſing.relatam ad text. in l. ſi cum fundum ff. de verbo. oblig. do. Fran. de Cre.in nota. ſuo clvj. incip. vnus ſocius &c. de qua materia vide etiam eundem domi. Franc. in not.ſuo xxxij. inci.ſepe iſtud contingit &c. & Iaſ.in d.l.ſtipulatio iſta.in princi.in v.& vj. colum.de verbo.oblig.& vide ſupra in ſingula.cccclxxv.incipien. non eſt tibi nouum &c. Tene menti prædicta, quia vere ſunt notabilia & multum quotidiana & ſepiſsime veniunt in facto,& ſupra dicta ſunt apud paucos & quantum rariora tantum precioſiora.

657 Plura notabilia ponit domi.Fely.in materia reſeruationis beneficiorum eccleſiaſticorum in cap. in noſtra in xvj. & xvij. colum. de reſcri.& inter cetera dicit quod ſi conceditur alicui poteſtas conferendi beneficia familiarium ſuorum & vnus de famulis deſinit eſſe famulus, poſtea moritur qd non poterit ille conferre beneficia ipſius ad quod alleg.do. de Rot. in antiquis deci, in titu.de præb.deci. xx. & Ioan.And.in cap. fi.de verbo. ſigni. in vj. Item allegat etiam Thomam faſtoli in dubio Rote liij.incipiẽ. Secundo dubitatur &c. vbi vult quod reſeruatio beneficiorum cedentium vel decedentium capellanorum pape non afficit beneficia eorum qui deſierunt eſſe capellani, quæ omnia ſunt multum notanda,quia quotidie paſsim occurrunt in facto,maxime in vrbe Romana apud Cardinales habẽtes tales reſeruationes ſuorum familiarium. Contra prædicta tamen faciunt plura quæ habẽtur per Ioã.And.& alios in c.decet de reg. iur.in vj.vbi dicunt ꝙ beneficium ſeu priuilegium immunitatis alicui patrifamilias conceſſum propter numerum liberorũ non expirat propter mortem aliquorum ipſorũ fi iorum,quod etiam firmauit Ioan.de Imo. in conſil.ſuo lxxvij. incipiẽ.viſis &c.in fin. vbi dicit ꝙ hoc expreſſe firmauit Ioannes And.in d.c.decet in mercur. & ibi Bald. in aliquibus ſuis addi.quas fecit in dictis mercuriali. de qua tamen quæſtione vide late per Alexand.in l. ſi conſtante in §. ſi maritus ff.ſolu.mat. & vide in ſimili Bald. in l.j. in vlt.col.C.de inoffi.do.& Pau.de Caſt. in l.ij.in vlt.col.C.de poſth.hære.inſti.& vide omnino Bart. in l.titia.la ij.in.§.imperator. in pe.q.ff.de leg.ij.vbi videtur in caſu ſimili tenere opi. Ioã. And.in d.c.decet in mercu.quam etiam firmat Bal. in conſil. ſuo cj. incip.verba domini &c.in iij.vol.& domi. Philip.dec.in conſi.xxiiij.in prin.penul.colum.& in auth præterea in fi.verbis C. vnde vir & vxor. pro qua opi. ipſe.ibi plura in ſimili alleg.& alleg. etiam Ioan.de Ana. tenentem opi. Ioan.And. in conſil. ſuo vlti. vbi late & not.loquitur in materia, ne opi. Ioan.And.in pluribus iuribus & rationibus ſequitur & affirmat Iaſ. in l. ſciendum in.§. ſi fundum in pen.& vlti.col.ff. qui ſat. cog. & reprobat omnes tenentes contrarium,& maxime do.Alex.in d l. ſi conſtante in d.§. ſi maritus ff ſolu.ma. Et alios in alijs locis. & dicit hanc eſſe communem opin. quæ ſequenda eſt,& ab ea non eſt recedendum,vt habetur in l.ſi.C.de pe.iu. qui male iud. Et ex his oritur mihi aliqua dubitatio circa ea quæ dixit do.Felyn.in d.cap.in noſtra quæ ſupra retuli. ideo poteris cogitare circa prædicta.

658 Teſtes in cauſis criminalibus non ꝓbant niſi etiam interrogati reddant rationem dicti ſui,ſecundum Salyc.in l.fin.C.de proba. quem refert & ſequitur Alex.in conſil. ſuo xv.incip.viſo proceſſu inquiſitionis formate in viij.colum.in j.vol.quod etiam voluit Iaſo.in repe.l.admonendi in xcix.col. ff. de iureiu.& in l.ait prætor.nu. xxj.ff. de iureiur.& do.Phi.Dec.in conſi.ſuo xxxvij. incip.in cauſa in iij.colum.& in c.veniens nume.xiij.de teſti.quos ego adduxi in practica mea cauſa cri.in.§.diligenter nu.31. & ſupra in ſing.621.inci.magne importãtie &c. Iſtud intellige eſſe verũ & procedere in teſtibus deponentibus contra reum , & ſic ad offenſam,ſed ſecus eſt in teſtibus deponentibus pro reo ad defenſam,quia tales teſtes probant,licet non interrogati non reddant rationem dicti ſui, ita not. dixit Bald. in l.ſolam in vlt.col.ver.ſecũdo hoc queritur C.de teſti.quẽ refert & ſequitur Iaſ.in.§.itẽ ſi quis el ij.in v.col.nu.29.inſti.de act.qd eſt ſumme no.ad materiã defenſionis reorũ, & vide ſupra in ſing.xix.inci.tu ſcis &c.

659 Satis notũ in iure puto ꝙ in notorijs ſolennitates iuris relaxantur,vt dixit Pet. de Anc.in cõſi.ſuo cxcvij.inci.ſubtiliter & ad plenũ in fi.j.col.alleg.c.j.de elect.& c.ad noſtrã de iureiu.de quo ẽt per d. Fely.in c. eccleſia ſancte Marie in ix.colũ.de conſti.de quo ego memini in repe.mea rub.C.de pro

ba in xliiij.col.in ver.pro quibus facit &c. Scias tamen ꝙ licet in notorijs ſint relaxatæ ſeu remiſſe ſolēnitates, tñ hoc fallit in ſolennitate competentie iudicis q̄ etiā requiritur in notorijs. Et ideo teneas mēti ꝙ licet delictum ſit notoriū ēt per cōfeſsionem rei nunq̄ tñ pōt exequi a iudice incompetēti, ita not. dixit Bal. in l. magiſterie C. de iuriſ. om. iud. & in l. criminis C. qui accuſ. nō poſ. quem refert & ſequitur Alex. in l. magiſtratibus in fi. ff. de iuriſd. om. iudi. & in l. diuus ff. de cuſto. reo. Teneas menti circa materiā notorij, de quo notorio plura dixi in d. repeti. mea tub, C. de proba.

660 Dicit tex. vulgatus in l. ꝙ ſi epheſi. in fi. ff. de eo qđ cer. loc. ꝙ iudex debet ſemper habere equitatē ante oculos. ad idē eſt tex. in c. j. iij. q. iiij. & in c. omnis qui xlv. diſt. & in c. fi. de tranſac. pro quo facit l. placuit C. de iudi. & tex. in l. ij. in. §. item varus ff. de aqua plu. arcend. in verbo, equitas ſuggerit &c. & in l. & ſi quis in. §. idē labeo ait ff. de relig. & ſump. fune. & voluit glo. in c. paratus xxiij. q. j. & d. Ant. in c. dilecti. de iudi. & Bal. in l. ſi defunctus ad fi. C. de ſuis & legi. & Abb. in c. ad monaſterium in fi. de ſta. mona. & in c. magne. de vot. & in c. ſi clericus in ij. colū. de ſo. compe. Et ex prædictis ſcias ꝙ adeo eſt verū hoc ꝙ licet habeamus ꝙ vltima opinio in dubio cenſetur eſſe approbata, ſecūdū glo. in l. qui filiū in §. ſabinus ff. ad trebel. & not. Ioā. And. in c. j. de pe. in vj. in nouella & in c. ij. de ſen. excom. eod. lib. & Bal. in auth. ex teſtamēto in princ. C. de teſta. & Alex. in conſi. lxxij. incip. inſpecto diligēter in v. col. in j. vol. & in conſil. c. inci. ſuper primo in ix. col. in eo. volu. & in conſi. cxxj. inci. viſo proceſſu cauſa &c. in pe. col. in eo. volu. & in conſi. lxxvij. incip. in cauſa & lite. in iij. col. in ij. volu. & ibi in conſi. clxiij. inci. viſo &c. in j. col. & in cōſi. cclij. inci. pręclare. in fi. j. colū. & in conſilio cccxcv. inci. cū dicatur in ij. col. & Bar. Saly. & alios in l. bona fides in fi. ff. depo. tamē iſtud fallit niſi prima opinio ſapiat equitatē & vltima ſapiat rigorē, quia tūc prima cenſetur approbata, ita dixit glo. ſing. in l. ſi cū exceptione in. §. ſed & ſi quis. in verbo, omnimodo ff. quod met. cauſ. quam gl. ad hoc pro ſing. alleg. d. Fran. de Are in conſil. ſuo clxiij. incip. diligēter & mature diſcuſſis. in vij. col. quē refert & ſequitur Iaſ. in d. l. placuit C. de iudi. & in l. ſi tibi pecuniam nu. 9 ff. ſi cer. pe. Et de eq̄tate ego dixi plura not. in l. j §. fi. in xiij. col. de q̄ſtio. & vide Deci. in c. quoniam contra nu. 6, & 7, de proba. & vide ſupra in ſingula. 631. incip. vltima opi. vbi hæc replicaui obliuione ductus eorum quæ hic dixi.

661 Examinaui tibi alias in repeti. mea rub. ff. de fideiuſ. in vij. colū. ver. teneas tñ menti perpetuo &c. an qñ in inſtrō notarius aſſerit ſe certioraſſe aliquē de aliquo beneficio ſibi cōpetent, vtputa in muliere de beneficio Velleiani, vel in filioſa. de beneficio Macedoniani, vel in alijs ſimilib. ſi poſtea ipſe notarius interrogatur quid ſit illud beneficiū, & neſciat an corruat illud inſtrumentū & finaliter tenui ꝙ corruit & nō valet, & ibi alleg. plura iura & plures doct. tractātes dictā q̄onem. Sed nūc addo vnū verbū ſing. iudicio meo, videlicet ꝙ ſi teſtis deponat ſuper poſſeſsione, & dicit ꝙ vidit Titiū tenere & poſsidere, poſtea interrogatus quid ſit poſſeſsio reſpondet ꝙ neſcit, tñ probat, quia intelligitur ꝙ neſcit, ſcilicet diffinire, vt factū periti, vel neſcit aliter q̄ ſupra dixerit, ita colligitur ex glo. l. ſtipulatio iſta. in. §. hæc quoq; ſtipulatio ff. de verb. oblig. ſecūdū Iaſ. ibi, vbi dicit ꝙ illam gl. ſequitur Bar. in l. de etate in ij. q. princ. ad fi. ff. de mino. & Bar. in l. j. in iij. col. & ibi Bal. & alios ff. ſi cer. peta. quod dicit ipſe Iaſ. eſſe perpetuo tenendum cordi.

662 Accipe not. verbū lucri plenū, videlicet ꝙ creditori poteſt ferre teſtimonium in cauſa ſui debitor's nec reputatur ſuſpectus, ita not. dixit Iac. But. & Ang. in l. nō ſolū. §. quęritur per illū tex. ff. de ꝓcu. & Io. de Imo. in cōſi. ſuo lviij. incip. in caſu pręmiſſo videretur breuiter dicen. quos refert & ſequitur Alex. in conſi. lxxviij. inci. in cā & lite vertēte inter Bartho. in ij. col. in j. vol. & eos refert & ſequit' Iaſ. in l. ſtipulatio iſta. in. §. ſi ſtipuler in ij. col. ff. de verbo. obli. vbi dicit ꝙ iſtud dictū eſt bene notañ. & ligādū digito.

663 Notarius tanq̄ pſona publica pōt alijs perſonis ēt abſentibus ſtipulari & acquirere l. his verbis & l. non aliter ff. de adop. l. ij. & iij. & ibi Bar. plene ff. rem pup. ſal. fo. l. j. §. exigere ff. de magiſt. conue. & habetur per Bar. & alios in l. poſtquā liti. C. de pac. & voluit Alex. in conſi. ſuo lxv. incip. quoniam omne datum &c. in vij. col. in vj. vol. & do. Phil. Dec. in conſi. ſuo ccxxvj. incip. magiſter Ioānes in j. col. vbi alleg. alios plures ad hoc. Iſtā tñ concluſionem limita & reſtringe ſolū habere locū in notario exercēte actum notariatus, vtputa, quia ſit rogatus a partibus, ſecus autem ſi citra actum notariatus alicui ſtipulatur non interueniēte rogatu partium, tunc vt priuata perſona alte-

ri ſtipulari non poteſt,ita not.dixit Ang. in
conſi.ſuo lxxiiij.incipien.& Bald.in l. certi
condictio.in.§.quoniam ff.ſi cer.pet.& in l.
j.in vj.col.C.per quas perſo. nob.acqui. &
Ang.de Are.in.§.j.inſti. de iur. perſo. quos
refert Iaſ.in l. ſtipulatio iſta. in.§.ſi ſtipuler.
nu.xiiij.ff.de ver.oblig.Pro quo facit etiã,
nã licet notarius poſsit apponere clauſulas
conſuetas in inſtrumento,etiam ſi non ſit ſi-
bi dictũ a partibus, vt in l.ſi prius in.§.plau
tius.& ibi Bar.ff.de aqua plu.arc. & Bar.in
l.ex ea parte.in prin.ff.de verb.obli.& late
ponit Io.Fely.in c.cũ M.Ferrarienſis in iij.
colum.de conſti.& dixi latius ſupra in ſing.
123.incip.in iure clarum eſt &c.iſtud limita
eſſe verũ & habere locũ ſolũ qñ inſtrumen
tũ eſt in fieri,ſed ſecus eſt in inſtrumento iã
facto & perfecto,quia tũc in illo non pote-
rit addere ſeu apponere clauſulas etiam cõ
ſuetas,ita not.dixit Barba.in c.ij.in ij. colũ.
extra de preca.vbi alleg.hoc voluiſſe Bar-
tol.in rubri.C.de reuo. his quæ in frau.alie.
ſunt in vlti. colum. de quo latius dixi in d.
ſingu.meo 123. incipien. in iure clarum eſt.
vbi videas.

664 Audias quæſo vnã deciſionẽ cuius con-
trariũ credo ꝙ diceret quilibet prudẽs pri-
ma facie,videlicet habeo veſtẽ vel aliã rem
venalẽ quã trado Titio ad vendendũ, & vt
magis ſoliciter eius venditionem dico ſibi
do tibi hãc rem ad vendendũ pro decẽ du-
catis,& ex nunc ſi tu vẽdis eã plus volo qđ
illud plus ſit tuum. Titius ſtantibus prædi-
ctis vẽdidit illã rem pro xv.aureis,modo in
ter eos oritur altercatio ſuper illis quinque
quæ plus vendidit cui ſpectẽt,an Titio vẽ-
ditori,an vero dño ipſius rei? hãc quæſtio-
nẽ ponit Iaſ.in l.j.in iij.colũ.nu.3.ff. de eſti-
ma.act.in qua dicit ꝙ primo vr̃ dicendũ ꝙ
illa quinque quibus plus vendidit debeant
eſſe Titij vẽditoris,eo quia cõtractus ex cõ
uentione partiũ legẽ accipiunt, vt in l.j.§.ſi
conuenerit ff.depoſi.& in rebus claris non
opus eſt cõiecturis l.continuus in.§.cum ita
ff.de verbo.oblig.ſed dicit ꝙ hãc quæſtio-
nẽ ponit Io.Fab.& Ioan.de pla.in.§.actionũ
inſti. de act.& diſtinguunt & bene ſecundũ
eum,& dicunt ꝙ aut conuentio fuit taliter
facta quod periculum caſus fortuiti ſpectat
ad ipſum vendẽtem,& iſto caſu quemadmo
dum periculũ eſt ſuum, ita etiam id qđ plus
vẽdidit,per regulam ſecundũ naturam eius
debet eſſe commodum & lucrũ cuius eſt in
commodum & damnum.ſi vero non fuit fa
cta talis conuentio illa quinque ſpectant ad
dominum rei ne venditor ſequatur lucrum
ſine periculo, quia tale lucrum ſaperet vſu
ram.de quo tamen latius per Iaſo.vbi ſupra
ſed vere multa poſſent adduci ad fauorem
Titij venditoris quæ omitto ne longior ſim
præſentialiter.de qua qõne vide latius per
Iaſ.in d.§.actionũ nu.87.cum ſeq.

665 Niſi me mea fallat memoria dixi tibi no
ta verbum de enormi delicto ſupra in ſing.
60t. incipien.enormia. nunc autem accipe
aliqua alia notabilia circa eandẽ materiam
quæ forte non ſunt apud omnes. Et primo
ſcias ꝙ ſtatutum imponens pœnam pecu-
niariam pro homicidio non valet,ne homi-
nes inuitentur ad delinquendum, contra l.
conuenire ff.de pac.doc. in c. cum dilectus
quod met.cau.l.in fundo ff.de rei ven. cum
ſi.& hoc volunt doct.ſcilicet Ioan.de Ana.
& Fely. in rub.de homi.licet Bar.& plures
alij doct.teneant contrarium ſcilicet ꝙ tale
ſtatutum valeat.quos referũt Ioan. de Ana.
& Fely.in d.rub.de homici.Sed caſu quo ta
le ſtatutum valeret non tamen haberet lo-
cũ in parricidio & ſic in enormiſsimo deli-
cto,ita dixit Ioan.de Ana.in conſi.ſuo lxiij.
incip.præſuppoſita communi opi. quem re
fert & ſequitur domi. Philip. Dec. in rub.
extra de probatio. in xij. colum. nume.xij.
& in c.de cauſis in penul.colum.de offi. dẽ
leg. vbi dicit ꝙ pro hoc in ſimili facit qđ
not.Iaco. But.quem Ang.& Saly. ibi ſequũ
tur in l.j.C. de maleſi. vbi inquit ꝙ ſtatutũ
de homicidio,non habet locũ in homicidio
qualificato,videlicet ſi factum ſit cum vene
no,& ſequitur Io.de Ana.in c.j.in iiij.colũ.
de ſcrileg.& voluit etiam Angel.in l.ſi.C.
de dila.lib. x. Secundo etiam ſcias ꝙ licet
de iure ciuili quis non teneatur obuiare de
licto, vt per glo. in l. culpa caret ff. de reg.
iur.& Bar.in l.prima.§. ſed in eo.ff. ad ſyl-
la.& in l.metum in.§.ſed licet ff.quod met.
cau.& voluit glo.de offi.ordi.in c.ad repri
mendam & habetur per Bald.in l. vt vim
in viij.q.ff.de iuſti.& iur.& Pau.de Caſt.in
l.fina.in fin.C.de his quib. vt indig. tamen
hoc non habet locum in atrociſsimo deli-
cto vt eſt delictum parricidij,ita nota. dixit
Bald.in c.j.in ij.colum.de offic. deleg.per l.
vtrum in verſicu. conſocij & extranei eadẽ
pœna afficiendi ſunt ff.de parrici.& cum re
fert & ſequitur domi. Philip. Dec. in cap.
j.nume.8.de offic.deleg.Tertio etiam ſcias
ꝙ licet conſulens maleficium illi qui alias
erat facturus non puniatur ſaltem eadẽ pœ
na, vt late tradunt ſcrib. in c. ſicut dignum
in.§. qui vero. de homicid. & in l. non ſo-
lum in.§. ſi mandato ff. de iniur. & voluit

glo.in.§.opere inſti.de oblig.quæ ex delic. & in l.j.in.§.perſuadere ff.de ſer.corrup.& voluit glo.& Bar.in l.ſepe ff.de verb.ſig.& Bal.in l.ob hæc verba in i j.col.ff.de his qui notã.infa.& in l.data opera.in xvij.colũ.C. qui accu.nõ poſ.& in l.j.in ij.colũ.C.de ſer. fugi.& volũt ſcrib.in l.vnica C.de rap.virgi.& volunt alij quos retulit d.Phil.Dec.in d.c.j.de offi.deleg.nu.xij. Iſtud tamen fallit in enormibus ſeu atrocioribus delictis,quia in illis conſulens punitur, licet principalis eſſet illud alias facturus,ita dixit Bal.in l.j. in ij.colũ.C.de ſer.fugi. quod dictum refert circa eũ plura adducens d.Philip.Dec.in d. c.j.de offi. deleg.nu.13.& in l. conſilij.nu.5. in ti.de reg.iur.de quibus ẽt aliquid dixi in tracta. meo bannito.in verbo,atrocioribus nu.xx.& nu.xxj. quæ omnia addere poteris ſupra ad ſing.601.incip. enormia &c.

666 Pẽdet nunc de facto quæſtio not.& non modice importantiæ quæ talis eſt, Statuto ciuitatis cauetur ꝙ venditio rei excedentis valorẽ lib.centũ nõ valeat niſi de ea ſit celebratus cõtractus in ſcriptis, & quod non poſsit fieri probatio rei excedentis talem ſummam per teſtes,ſed ſolum per inſtrumẽta.Modo Titius vendidit quandam poſſeſſionẽ Seio excedentem ſummam librarum 1600.& hoc fecit coram teſtibus,& conuenerunt dictæ partes inter ſe de faciendo inſtrumentũ publicũ dictæ venditionis coram dictis teſtibus,modo dictus vẽditor vult recedere a dicta venditione & negat illam feciſſe, videns ꝙ illa non poteſt probari per teſtes,ſed ꝙ ad ipſius probationem & validitatẽ requiritur inſtrumentum publicũ qđ non eſt confectum nec celebratũ hoc caſu, an aliquo modo ſuccurratur dicto Seio emptori?In quo dicas ꝙ ſic,nã ſatis eſt emptori probare ꝙ conuentum fuit inter ipſum emptorem & venditorem ꝙ de dicta venditione debeat fieri inſtrumentum in ſcriptis.Nam ad hoc vt contractus dicatur celebratus in ſcriptis ſufficit ꝙ cõuentũ ſit inter partes ꝙ fiat inſtrumẽtum in ſcriptis de ipſo contractu,ita ſing.dixit d.Fran.de Are. in conſi.clx.incip.longa eſt iſta conſultatio in iij.col.verſi.venio nunc &c.vbi pro hoc alleg.glo.inſti.de emp.&ven.in.§.j. in ver. conficiuntur,& in l.contractus C. de fid. inſtru.verſi.in ſcriptis & Spec.in tit. de emp. & vendi.§.j.verſi.ſed ſi dictum, & alleg. ẽt alia de quibus ibi per eum, & voluit Bald. in reperio.ſuo in verbo,cõtractus in iij.ver ſi.de quo d cto feci mentionem in repetitio. mea rub.C.de proba.in xvj.colum,quod dictum eſt ſumme nota.quia poteſt ſeruire ad mulia.vide tamẽ ipſum d.Franc.de Aret.in d.ſuo cõſi.inferius,quia non vr̃ firmare prędicta,& vide Ang.de Are.in d.§. inſtitu.de emp.& ven.& do.Philip.Dec.in rub.extra de conſue. nu.2.

667 Sepiſsime ex diſpoſitione iuris vel ſtatutorum in contractibus minorũ xxv. ann. requiritur authoritas iudicis,& hoc quotidie practicatur.Sed aduertas ne erres quoniam ſi talis minor volẽs contrahere eſt clericus, tunc authoritas quæ præſtari debet debebit præſtari a iudice eccleſiaſtico& nõ a iudice ſeculari,ita not.dixit Pet.de Anch. in c.ſi.de iudi.in vj.in princ.in vj.nota. poſt glo.ibi in ver.eiuſdẽ.& not.in ver.huiuſmodi.& idem firmat ibi Gemi. quos refert & ſequitur do.Philip.Dec.in c.decernimus in xviij.col.nu.30.in fin.de iudi. vbi ſubdit ꝙ ex hoc & ex alijs rationibus ipſe alias conſuluit in conſi.ſuo cl. ꝙ clericus non poteſt legitimari a comite Palatino ſeculari,& illud conſilium incipiẽ.dubitatur principaliter &c.vbi in ij.colũ. omnia ſupra dicta refert & affirmat pluribus alijs in ſimili adductis,quæ omnia notanda ſunt in practica.

668 Ingreſſus religionis non priuat ingreſſum vſufructu quẽ habebat ad vitam,ſecundũ glo.in auth.idem eſt C.de bo.quæ lib. q̃ ſequitur ibi Bal.& Saly.& idẽ dixit glo. & docto.in authen.ingreſsi C.de ſac.ſanc.ecc. & voluit Specu.in titu.de ſta.mona.§.j.ver ſi.xlvij.& cano.in c.præſentia de proba. & Io.de Imo.in l.cum filio in v.col.ff. de leg.j. & Io.de fan.in c.ſi qua mulier.xix.q.iij. & Ioan.de Imo.in c.cum conſtet.de pig. & Soci.in conſi.ſuo x.incip. quamuis q̃nes &c. in v.col.in j.volu.& Alex.in conſil. xcviij. incip.viſo inſtrumento nu.xvij. & xviij.in vj.vol.& in conſi.cxxxix.inci.viſo themate &c.in iij.col.in ij.vol.vbi late & not. loquitur circa hanc materiam. Pro quo facit optime,nam ſi aliquis eſt ſubſtitutus Seio, poſt mortem ipſius Seij non admittitur ſubſtitutus ad illa bona, ſi ipſe Seius ingrediatur monaſterium & ciuiliter moriatur, ſed tunc admittitur quãdo naturaliter mortiur, ſecundum Bar.in l.ſtatius in.§.cornelio ff. de iur.fiſ.& Ange.de Are.in.§.cum autẽ. in iij.col.inſti.quib.mod.ius pat.pote. ſol. vbi alleg.Bar.& alios hoc tenentes in alijs pluribus & diuerſis locis.Sed dictum primum de vſufructuario fallit in vſufructu. quẽ pater habet ratione patriæ poteſtatis in bonis aduentitijs filij,quia tunc pater ingrediens religionem perdit talem vſumfructum, ita

dixit Saly.in d.auth.ingreſsi in vlti. colum.
poſt Cy.ibi,& Bar.in d.auth.idem eſt.Et ra
tio aſsignari poteſt,videlicet quia patria po
teſtas extinguitur per ingreſſum monaſte-
rij,ſecundũ Saly.& alios in d.auth.ingreſsi
& per doc.in auth.excipitur C.de bo. quæ
lib.& voluit Spec.in ti.de ſta. mona.in.§.j.
verſi.xij.quæritur & in ti.de acto.ver. quid
ſi pater ei iij.& in titu. de tuto.§. ſi autem
verſi. ſed queritur.& Card.in cle.eos.in xj.
q.de reg.de quo ẽt per Iaſ.in d.auth.ingreſ-
ſi in fi.vbi ponit hanc limitationem. & per
Dec.in c. in præſentia nu.73. de proba.

669 Iura volunt,vt credo te ſcire, ꝙ eadem-
met ſolennitas ac poteſtas requiratur in tol
lẽdo quę requiritur in faciẽdo vel conſtruẽ-
do,& eius ſit tollere cuius eſt dare, vt hꝛ in
auth.econtra ſi filij C.de repu.& in auth.de
ſen.ciui.in.§.iuſiurandum.& in l.nihil tam
naturale ff.de reg.iur.& in l.prout ff.de ſol.
c.j.de reg.iur.in antiquis.& not.Bar. in l.ij.
.§.j.ad fi.ff.de opt.leg.& in l. omnes populi
in iij.q.in prin.ff.de iuſt.& iur.& Bart.Bal.
& Ioan.de Imo.in l.ex facto in princi.ff. de
vulg.& pup.& not.Ange.& alij in l.omniũ
C.de teſt.& voluit Alex.in conſil. cxxxiij.
incip.ſuper præmiſſo in fi.in eo. vol. ibi in-
ter alia dicit ꝙ ſi ex forma legis vel ſtatuti
duo teſtes requiruntur in confectione teſta-
menti,ita duo teſtes in eius reuocatione ſuf
ficiunt,de qua materia ego latius forte vl-
tra omnes loquutus ſum in tract.meo banni
torũ,in verbo,ciuitate nu.lxvij.cũ plur.nu.
ibi ſeq.de quo ẽt plene loquitur d. Fran.Ni
conicius in repe.c.quoniam contra nu.207.
cũ ſeq.de proba.Limita tñ ſing. iſta in vno
caſu not.& maxime importantie, videlicet
ꝙ licet papa ſolus poſsit creare cardinales,
ſecundum Io.And.in c.ſane.de conuer. con-
iug.quem ibi ſequitur d.Ant.quos refert &
ſequitur d.Phil.Dec.in rubr.de conſti.in.§.
ſecũdo queritur nu.vj.ver.& inter alia &c.
in j.lectu.vbi alleg.glo.in cle.ne Romani.in
verbo,poteſtatis. de elec. & eos etiã refert
& ſequitur d.Fely.in d.rub.de conſti.in j.co
lũ.& eos etiam refert & ſequitur Iaſ.in l.pla
cet nu.xxviij.C.de ſac.ſan.ecc. Attamen ſo
lus papa nõ poteſt cardinales deponere,ita
per plura iura determinat Barba. in tracta.
ſuo cardinaliũ in viij.q.prin.quem refert &
ſequitur do.Phil.Dec.in d.rub.de conſti.in
ij.colum.nu.vj.in eius ſecunda lectura, quæ
omnia ſunt multũ no.quia creare & depo-
nere cardinales non eſt magni, ſed imo eſt
maximi,momenti,vt ex ſe apparet.

670 Neceſsitas eſt magne operationis & plu
ra habet ſpecialia,vt late dixi in l. j §.præ-
terea in xxj.colum.ff. de quæſtio. & ſupra
in ſingu.421.incip. quando periculum &c.
Sed vltra ea quæ dixi in dictis locis addo
aliud in ipſa materia neceſsitatis, videlicet
ꝙ licet de iure filiusfamilias regulariter nõ
obligetur ex mutuo,ſed mutuãs ipſe repel-
latur per exceptionẽ ſenatuſconſulti Mace
doniani,vt in toto tit.ff. & C. ad ſenatuſcõ.
Macedo.tamen hoc fallit niſi factum fuerit
mutuum ipſo filiofamilias propter neceſsi-
tatẽ ipſius, quia tunc efficaciter obligatur,
& hoc caſu ceſſat exceptio Macedoniani,
ita ſingu.dixit Inno.& poſt eum Abb.in c.
quia plerique ad fi.de immu.eccle.& domi.
Phil.Dec.in c.nouit nu.xxj.in ver. limita-
tur niſi &c.de iudi. vbi refert Abb. in d.c.
q̃a pleriq; tacito Inno.qđ dicit[Abb.eſſe no.
maxime cũ talis filiusfa. accipiẽs mutuum
ſemper videatur eſſe in neceſsitate, de quo
ibi latius per eum,quem vide.

671 In repeti.mea l.fin.ff.de iuriſ.om.iud.nu.
cxliiij.cũ plurib.nume.ibi ſeq.dedi tibi plu
ra ſingularia dicta in materia rei momenta
nee vt ibi videre poteris,ſed in dicta mate-
ria rei momentaneo do tibi aliud ſing. ver-
bum nunc vltra ea quæ ibi dixi, videlicet
ꝙ ſi iudex facit aliquẽ ſuũ locũtenentẽ quo
ties eũ abeſſe cõtigerit,& eueniat caſus quo
ipſe iudex principalis vna die abſens ſit,&
vna die præſens,ꝙ valent acta corã ipſo lo
cũtenente facta ẽt illo die in quo ipſe iudex
principalis præſens fuit, ne ex iſta modica
variatione partes decipiantur ita ſing.dixit
Paul.de Caſt.poſt Gul.de Cu.in l. ſed & ſi
pupillus in.§.conditio.ff.de inſtito. quod di
ctum pro valde nota. refert & ſequitur do.
Phil.Dec.in c.quoniam Abb.nu.vij. de of-
fic.deleg.vbi dicit quod pro hoc dicto etiã
facit,nam ceſſatio momentanea non vr̃ eſſe
in conſideratione l.iij.in fi. ff. de diuor.& l.
pleriq; ff.de rit.nup.& l. ſi quis legauerit ff.
de condi.& demon.& idem dixit ipſe De-
cius in l.quæcunq; nu.lxviij.ff.de offi. eius
cui mand.eſt iuriſd. Et pro hoc dicto opti-
me faciunt plura & plura iura & plures do
ctrine quæ & quas ego adduxi in d. repeti.
mea l.fina.ff. de iuriſd.omn. iud. nu. cxliiij.
cum pluribus numeris ibi ſequen. vbi om-
nino videas.

672 Fienda eſt ſemper interpretatio in qua-
cunque diſpoſitione, vt actus potius valeat
quam pereat, vt in l. quoties ff.de reb.dub.
& l.quoties ff.de verb.obli.& l.cum hic ſta
tus.§.penitentiam verſicu. quod ſi in obſcu
ro ff.de dona.inter vir.& vxo.& l.diuus in

prin.ff.de vſu & habi.c.abbate ſane §.pen. de verbo.ſignifi.voluit Bart.in l.ſi communis ſeruus.la ij.in ij.colum.ver.quarto quando ſecundum vnum &c.ff.de ſtipu.ſeruo.& l.ſi vnus.in.§.ſi.ff.de pac.& Ioan.de Imo.in l.quod dicitur.in x.col.ff.de verbo.obli. & Lud.Ro.in conſi.ſuo cccciiij.incipien. plura ſunt &c.in j.colum.& do.Franc.de Cur.in conſi.ſuo xx.quod eſt vlti.& incip.præſupponitur in facto &c.in penul.colum.vbi ad hoc plura alleg. Et ex iſtis tene menti ꝙ licet præſumat̃ præceſsiſſe actus qui eſt prior in ordine literæ, vtputa, ſi reperiuntur duo inſtrumenta ſcripta in vna charta, inſtrumẽtum primo ſcriptum præſumitur primo celebratum, vt eſt text.quem ibi ad hoc not. Bart.in.§.quibus in j.conſtitu. codic.& ibi etiam Bal.tamẽ hoc non habet locum quando actus redderetur nullus ſi attenderetur ordo literæ vel ſcripturæ,quia vt actus valeat præſumitur quod præceſſerit actus qui in ordine literæ poſterior reperitur.ita not. dixit Bal.in l.cum in teſtamento.§.hæc verba.ff.de hæredi. inſtitu. vbi dicit ꝙ ſi in inſtrumento apparet ꝙ pater donauit filio,& ꝙ illum emancipauit non attento ordine literæ pręſumitur ꝙ emancipatio prius facta fuerit vt actus donationis valeat. quod dictum ibi ſequitur Angel. & Ioan.de Imo.& Alexan.in l.ij.in.§.prius, in iij.colum.ff.de vulga.& pupil.& in l.diuortio.in prin.ff.ſolu.matri.& in l.cum proponas.C.eodem.& in conſil.ſuo cxij.incipien.ſuper eo dubio. in ij.colum.in v.volu.& do.Philip.Deci.in c.quoniam abbas. nume.xv.de offi.delega. & in c.prudentiam.in princi.in vltimis verbis.eodem titu.

673 Nonnulla de præſentia coniunctorum dixi tibi ſupra in ſingul.ccccxvij.incipien. Præſentia coniunctorum &c. Nunc autem do tibi aliqua alia circa eandem materiam non minus not. Et ideo ſcias ꝙ licet pręſentia coniunctorum tollat præſumptionẽ metus, vt habetur late in l.tranſactionem.C.de tranſactio.& habetur per Bal.in l.j.in ij.colum.C.ſi quis aliquem teſta.prohibu.& per Bart.in l.fin.in j.colum.ff.eo.& in l.frater a fratre.in penul.char.in ij.col.ff.de conditio. indebi.& do.An.& alij in c.cauſam matrimonij.de offi.deleg.& per Bar.in l.j.in principi.ff.quod metus cau. & Alexan.in l.ſi cum dotem.§.eo autem tempore.in penul.col.ff. ſolu.matri.& domi.Philip.Deci.in conſilio ccxxxij.incip.dura.in ij.col.tamen iſta limitantur duobus modis, & primo limitatur quando inferius metus ab illo cui amici & coniuncti reſiſtere non poſſent,quia tũc pręſentia amicorum vel coniunctorum nõ tollit præſumptionem metus. Ita dixit Ang.in conſil.ſuo ccxv.incip.thema tale &c. alias inci.reperitur in quadam charta &c.in vlti.colum.quod dictum refert et ſequitur Iaſ. in d.l.tranſactionem.circa prin.& do.Phil. Deci.in conſi.ſuo ccxix.incipien.viſo puncto &c.in fi.Secundo prædicta limitant non procedere data enormi leſione, quia tunc etiam metus pręſumitur non obſtante quod interuenerit in actu præſentia cõiunctorum vel amicorum &c.ita not.dixit Pau.de Ca. in conſi.ſuo clxxvij.incip. contra ſuperius conſulta &c.in ij.col.quod dictum pro not. refert & ſequitur d.Phil.Deci.in c.cauſam matrimonij.nume.vj.in fi.de offi.delega. & in conſi.ſuo lxxxvj.incip.viſo puncto.in v. colũ.in quibus locis etiam dicit ꝙ propter enormẽ leſionem tollitur diſpoſitio.c.quanuis.de pac.in vj.ſecundum Pe.de Ancha.in regu.acceſſorium.in iij.char.de regul.iur.in vj.& Ioan.Calde.in conſi.ſuo viij.inci.due puelle &c.in ti.de iureiuran. & Ant.de Butri.in conſi.ſuo xlv.incip.domina Paula &c.et Pe.de Ancha.in c.j.de conſti.in xj.q.princ. & in conſi.ſuo xxxviij.incip.pro clariori. & in conſi.lxxxij.incip.viſis.in vlti.col.& in conſi.cccxliij.incip.pro maiori.& Abb.in conſi.cxv.incip.Lucretia.& do.Franciſ.de Aret.in conſi.ſuo xciij.incip.viſo legato.& Rapha.Cu.in conſi.ſuo cviij.incip. videtur prima facie.& idem dixit do.Phil.Deci.in conſi.ſuo xxvj.in j.colum.& in cõſ.clxxx. incip.viſa renunciatione.in v.col.& in conſi.clxxxj.ibi ſeq.inci.ſatis nota.in j.col.quæ omnia ſunt no.maxime propter diſpoſitiones loquentes de iuramento,quod iuramentum nõ obſtat vbi interuenit enormis leſio per ſupradicta.

674 Aliqui ſunt patres qui in eorum vita diuidunt bona ſua inter filios ſuos in poteſtate ſua exiſtentes, credentes talem diuiſionẽ valere,ſed certe ſemetipſos decipiunt, quia talis diuiſio non valet,eo quia videtur quędam donatio quæ inter patrem & filium in poteſtate non valet,vt in l.j.in.§.ſi pater.ff. pro donato.& in l.ſi pater.eo.ti.& in l.cum de bonis.C.de dona.& de tali diuiſione facta a patre inter filios quod non valeat eſt tex. cum gl.in l.ſi ancillam.§.ſi pater.ff.pro ſuo.& in l.ſi filia.in.§.ſi pater inter filios.ff. fami.herci. & ita in terminis decidit Bal.in l.iij.C.de vſuca.pro donato.in j.col.vbi dicit ꝙ ſi ego diuido bona mea cũ filijs meis ea intentione vt talis diuiſio ſit perpetuo

duratura, talis diuiſio non tenet quã doctrinam refert & ſequitur d.Phili.dec.in conſi. ſuo lxxxvj.inci.viſo pũcto in pe.colũ. vbi dicit ꝙ hãc doctrinã refert & ſequitur do. Maria.ſoci.in conſi.ſuo iiij.inci. viſis actis. & Barba.in conſi.ſuo lxxx.inci.illud referam in iij.volu.vbi ipſe alleg.Pau.de Caſt. in cõſi.ſuo cv.inci.circa bona q̃ fuerũt &c. item Deci. vbi ſupra dicit ꝙ hãc partẽ etiã firmauit d.Pe.Phi.Cor.in cõſ.ſuo ccxxviij. inci.quod dictus ſer Antonius in princi. in iiij.volu.& idem ſecundũ eum tenet Caza lup.in repeti.l. frater a fratre in xxv.q.ff. de condi.inde. vbi reſpondet ad allegata in contrariũ. Tene menti, quia ſepe patres in vita, vt pluries ego vidi, diuidunt bona ſua inter filios, quæ diuiſio non valeret, vt dixi bene verum eſt, vt dicit do.Philip.in d.ſuo conſi.lxxxvj.in d.pen.col. ꝙ pater præuenire poteſt & aſsignare legitimam filijs ſuis alleg.l.cum quo.§.fi.ff.ad leg.fal.& Bald.in l.illud in iij.col.verſi. queritur C.de ſacroſan.eccle.& in l.ſi ſucceſsione.ver. quid de legitima C.de reuo.his quæ in frau.cred. q̃ omnia menti commenda tanquam quotidiana & vtilia.

675 Anno preterito dixi tibi aliqua de verbo nullatenus, & aliquatenus, in repe. mea c.at ſi clerici in nu.28.& 23.de iudi.& inter alia dixi ibi not.verbũ in nu.30.videlicet ꝙ dictio nullatenus, appoſita in lege vel ſtatuto importat tantũ quantũ clauſula decreti annullatiua, & tollit facultatẽ diſpenſandi, ſecundũ d.Ant.& Imo.in cle.j.de ſeq.poſ.& fru. per illum tex. in verbo, nullatenus. & idem dicit Archi.in c.quoniã ſuper verbo, nullatenus.de immu.eccle.in vj. & Ioan.de Ana.in c.quia fruſtra in iij.col.de vſu.& Gemi.poſt Ioan.And.in c.romana in.§.pen.de ap.in vj.& hoc voluit Iaſo.referens prædicta in l.in pecuniarijs nu.9.ff.de fer.ad quæ faciũt ẽt dicta per do.Phi.Dec.in c.eã te. in pe.col.de reſcrip.de quo latius dixi in d. repe.mea.d.c.at ſi clerici nu.30. de iudi. tene mẽti quia ſepe in ſtatutis & in alijs diſpoſitionibus ponunt dicta verba.

676 Dixi tibi alias in l. de minore. in.§.tormẽta in iij.col.ff.de qõ.& in repe. mea rub. ff.de fideiuſ.& ſup.in ſing.554.incip. memini &c.& in ſing.617.inci.memor exiſto.plura circa illud quod inhabilis ſuſtẽtatur per habilẽ, & in dictis locis in tali materia plura no.adduxi, nũc aũt dicto tibi aliud non minus no.in eadẽ materia, videlicet ꝙ licet ſit verũ illud, videlicet ꝙ inhabilis ſuſtẽtatur ꝑ habilẽ, vtputa, ſi duo notarij ſunt rogati de vno cõtractu, & vnus ipſorũ eſt priuatus officio tabellionatus, valet tñ vtrũq; inſtrumentũ propter illũ notariũ q̃ eſt authẽticus, ſecũdũ Bal.in l.imperator in iij.col.ff. de ſta homi.vbi ad hoc alle.tex.in l. ſi quis ex argentarijs.§.cogẽtur ver.quid.n.&c.ff. de edẽdo.de quo ego plura adduxi in dictis locis. Tamẽ teneas mẽti ꝙ iſtud nõ haberet locum qñ eſſemus in caſu in quo ex diſpoſitione ſtatuti vel conſuetudinis requirentur duo tabelliones qui ambo eſſent ꝓbatæ vitæ & fidei.ita no.dixit Bald.in c.tertio loco.in vlti.verbis.extra de proba.quod dictum refert & approbat d.Phi.dec.nu.x.de offi. de leg.quod eſt no.quia idẽ poſſumus dicere in teſtibus & in ſimilibus a r.l.in exercẽdis C. de fi.inſtru.cum ſimi.

677 A teneris vſq; annis teſtator deũ ꝙ ſemper fures proſecutus ſuum ſummo odio, & tãto magis capitale ſecũ inimicitiã cõtraxi & contra plures fui aduocatus, quia diebus meis magna furta paſſus ſum in bonis meis & familie mee. Attñ propter hoc nolo me cõtinere & retrahere ab exprimẽda veritate & ea iura q̃ eis fauẽt. Et ideo teneas ꝓpe tuo mẽti ſingulare verbũ lucro & honore plenũ, nã opi.Bar.& pluriũ eũ ſequentiũ eſt ꝙ ex noua cõtractatione noua naſcaꝛ actio furti, adeo ꝙ ſi fur furatꝛ hic aliquas res, quas poſtea portat Ferrarie vel alibi, ꝙ poterit in loco vbi talia furta portauit capi & puniri, vt tenet Bar.in pluribus locis quẽ plures doc.ſequũtur in pluribus & diuerſis locis quos ego accurate retuli in repe. mea.l. fi.in vl.q.ff. de iur.om.iud. vbi finaliter tenui cõtra Bart.& ſequa. vt ibi clare videre poteris. Sed ſcias ꝙ caſu quo opi.Bar.& ſequa.eſſet vera, tamen illa reſtringeretur & nõ haberet locũ qñ fur cũ talibus rebus trãſiret per aliquã ciuitatẽ & ibi paruã morã faceret, & niſi ſtaret in illa ciuitate ad minus per vnã diẽ nõ diceretur cõmittere nouã cõtractationẽ, & cõtra eũ nõ naſcereꝛ noua actio furti, & per cõſequẽs nõ poſſet ibi puniri, q̃a ea quę ſunt momẽtanea non ſunt in cõſideratione ita ſing.dixit Bald.in l.qui furere ff.de ſtatu ho.qđ dictũ refert & ſequitur d.Aug.de Ari.in addi.Ad Ang. de Are. in tract.maleſi.in ver.& veſtẽ celeſtẽ abſtulit in iiij.char.in addi.magna in j.co.in ver. itẽ ſeptimo &c. q̃ doctrinã ẽt ego retuli & ſecutus ſum in repe.mea.d.l.fi.ff.de iur.om. iud.nu. 144.vbi plura & plura not. ſimilia adduxi ad corroborationẽ dicte doctrine, vt ibi videre poteris. Tene menti quia profecto iſtud dictum eſt magni precij & valo-

ris ac maxime honoris,& hab et rationē in
ſe apud quemlibet prudentem vir um.

678 Fiūt paſſim quotidie cōtractus minorum
& mulierū de quibus ſunt rogati notarij &
eis cōficiūt inſtrumenta qui ſunt inualida ex
inaduertētia ipſorū notariorū quod eſt mul-
tum dānoſum contrahentibus,& hoc euenit
qn̄ extat ſtatutū,vt cōiter ſunt ſtatuta per Ita
liā quibus cauetur ꝙ nō valeat cōtractus mi
norū & mulierū in quibus nō interſunt duo
cōiuncti vel affines ipſorū minorū & mulie-
rū,nā hoc caſu ipſi nō animaduertūt,an affi-
nes qui interueniūt in dictis cōtractibus ſint
de proximioribus,vel de alijs nō ita proxi-
mioribus,ſed pur quod ſint affines faciunt ta
les contractus qui vere ſunt inualidi & nul-
lius momēti,eo quia ſtante dicto ſtatuto ne-
ceſſe eſt accipere de proximioribus affini-
bus ſeu coniunctis ipſorū minorū & mulierū
& non ſufficit interuētus aliorū affinium qui
non ſint de magis propinquis. ita dixit Bal.in
l.fi.C.de verb.ſig. per illū tex. & voluit hoc
idē ibi Ang.& Saly.& do.Alex.& Ia. Bu.&
Saly.in l.j.C.vnde vir & vx.& Saly.in l.ſi p
illum text.C.de teſtā.mil.& in l. vidue C.de
nup.& Pau.de Ca.in l.ſi cum dotem.§.ſi pri.
ff.ſol.mat.& Ang.in conſi.lxx. qd incip. do.
Catherina &c.in pe.col.quos omnes ad hoc
adducit Iaſ.in l.tranſactionē circa fi.C.de trā
ſac.pro quo dicit bene facere tex.in l.peto in
.§.fratre ff.de leg.ij.Dicit tñ ipſe Iaſ. vbi ſu-
pra qd contrariū tenuit Bart.& Bald. ibi,ſed
contrraria opinio eſt magis cōis,quia a pluri
bus affirmata & maiorē rationē habet in ſe.
Et non obſtat illud quod dicit Iac. Bu.in l.j.
C.vñ vir & vxor.videlicet ꝙ dicta magis cō
munis opinio de conſuetudine non ſeruatur
ſed ſufficit q̇d ad ſint duo affines licet nō ſint
de proximioribus,quia ego reſpondeo quia
nedum Iac.Bu.ſed ēt glo.quæ eſt maioris au-
thoritatis,non creditur ſi dicat aliquid de cō
ſuetudine non ſeruari niſi hoc probet. ita di-
xit Bald.in l.his qui in.§.j.in lectura antiqua
ff.de pigno.& in l.conſentaneū in v. oppoſi-
tione C.quō & qn̄ iud. de quo latius dixi in
practica mea cauſarum crimi. in.§.conſtante
nu.xv.Tene menti prædicta quia ex illis po
teris facere corruere mille inſtrumēta,ad quę
non aduertunt notarij circa prædicta.

679 Compromiſſum non dicitur compromiſ-
ſum ante acceptionem ipſius gloſ. eſt & hoc
voluit ibi Bald.per illam glo.in l.ſi cum dies
in princi.ff.de arbi.& hoc voluit Alexan.re
ferens prædicta in conſi.ſuo lxxxvij.inci.vi
ſo themate in penulti.colum.in v.vol. qd cō
ſiliū duplicatū eſt,eo ga illud idem eſt in cō-
ſi.xxxiiij.in j.volu.& idem dixit do.Philip.
Dec.in c.ex ratione nu. vij.in fi.ver.& præ-
dicta concluſio &c.de app. vbi ſubdit quod
per tale compromiſſum ante acceptationem
arbitri non ſuſpenduntur tēpora appellatio-
nis alleg.hoc voluiſſe Raph.Ful.in cōſil. ſuo
lxviij.incip.lata ſententia &c. de quo latius
ibi per eū.& iſta notāda ſunt in practica,quia
quotidie fiūt compromiſſa per litigantes, &
ego hoc habui in facto ſuperioribus mēſibus
& ita obtinui in cauſa non leui.

680 Dicit vulgare prouerbiū quæ omnia ſubi
ta probantur in cā,& ideo dixit Car.in cle.
paſtoralis in.§.verū in prin.de re iud. ꝙ p̄-
cipitata volūtas iudicis eſt nouerca iuſtitie
& dici ſolet a prudentibus ꝙ repenti. reſpō
ſionis comes eſt pœnitentia pro quibus fa-
ciunt plura no.dicta quę alias ego loquens
de breuitate temporis cumulaui in l. ſtatu-
liber.in ij.& iij.col.ff.de quæſtioni.Scias tñ
ꝙ licet præcipitanter facta ſint nulla, vt in
pluribus oſtendi in d.l. ſtatuliber.& noceāt
agēti & faciēti præcipitanter, atñ eſt caſus
not.in quo factum præcipitanter & ex ab-
rupto prodeſt facienti, qui caſus eſt in con-
feſsione ex abrupto facta in iudicio,nam ta
lis confeſsio poteſt etiam ex interuallo re-
uocari non probato aliter de errore.Ita ſin
gu.dixit Do.de ſancto Gemi.in c.ſciendum
xxix.diſt. quod dictum refert & ſequitur
do.Philip. Decius in c.cum venerabilis nu
me.viij.in verſi.in glo.ij.&c.de excep. vbi
plura adducit de breuitate temporis. quod
dictū teneas perpetuo mēti ga poſſet ꝓdeſſe
tibi & cliētulis tuis aliquid ſibi damnoſum
cōfitētibus ex abrupto in iudicio vel extra
& vide Bal.in conſi.ccclxxxviij.inci.cum
ciuitas &c.in iij.vol.in ver.adde & dic &c.

681 Tradidi tibi alias ſupra in ſing.99. inci.
priuilegiatus &c.illā regulā ꝙ priuilegiatus
cōtra pariter priuilegiatū nō vtitur priuile
gio ſuo, de quo ibi late. Sed vltra ea q̄ ibi
dixi tene mēti in hac materia aliud no.ver-
bū, videlicet ꝙ ſi duo habēt priuilegiū im-
munitatis ab eorū creditoribus vt per ali-
quod tp̄s nō poſsit cōueniri inter eos, tamē
non erit locus tali priuilegio. Ita not.conſu-
luit Pe.de Anch.in conſil.ſuo xxxvj.incip.
cōtra Ioannem in j.col.quod dictū pro not.
refert & ſequitur d.Philip. Dec.in c.in præ
ſentia nu.lij.de ꝓba. de quo latius ibi p eū.

682 Scribitur in c.cū ſcdm̄ de præbē.& in c.
ex his xij.q.j.ꝙ qui altario ſeruit,de altario
viuere debet,ꝓ quo facit tex.in c.ibi vij.q.
j.vbi dr̄ ꝙ labor non debet eſſe ſine fructu.
quod etiam dixit glo. in c. charitatem xij.

q.ij.& facit illud vulgare, videlicet omnis labor optat præmium. Et iſta ſunt adeo vera quod dixit glo.ſing.in c.omnis Chriſtianus.de conſecra.diſt.j.quod presbyter parochianus poteſt diuina officia denegare parochianis niſi dent ſibi oblationes. quam glo. ad hoc pro no.refert & ſequitur do.Philip. Deci.in c.cum inter.nume.xxiiij.de excep. quod eſt no.ab iſtis presbyteris parochianis.pro quo etiam facit in ar.regula illa, videlicet,qui non facit quod debet non conſequitur quod oportet, de qua habetur in l. quæro.§.inter locatorem.ff.loca.cum ſimil. & vide quæ dixi infra in ſing.ccccccxciij. incip.vulgariter &c.

683 Alias in repe.mea.c.at ſi clerici.in.§.de adulte.nume.lxxiiij.& lxxv.dedi tibi plura & plura ſingularia in materia ſcãdali euitandi, vt ibi videre poteris.Nunc autem in eadem materia dico tibi vnum aliud,vtdelicet φ propter ſcandalum imminens euitandum licite priuari poteſt prælatus beneficio ſuo.Ita no.dixit Innocen.in c.niſi cũ pridem.de renun.quod refert & ſequitur Abba.in c.quæſitum.de rerum permuta.ubi ad hoc alleg.Fede.de Sen.in tr ctã.de permu. benefi.in xxv.q.Et illud dictum Innoc. refert etiam & ſequitur do. Phil.Deci.in c.cũ teneamur.in fi.de præben.vbi dicit φ iſtud dictum cõmuniter approbaut.& in hac materia ſcandali euitandi adducit etiam gloſ. quam dicit ſing.in c.ſi papa.xl.diſt.quæ voluit papam poſſe deponi ratione ſcandali. quam glo.dixit ſingu. Abb.in c.ſignificaſti. in gl.ij.de elec.de qua gl. latius locutus ſum in repe.mea.c.at ſi clerici.in.§.de adulte. nume.lxxiiij.circa fi.de iudi.ideo circa eã hic aliter non me extendo.

684 Circa materiam expenſarum dixi tibi quamplura & forte nõ omnibus cognita in l.patre vel marito. quaſi per totam legem. ff.de queſtio.Nunc autem dico vnum aliud valde vtile in practica,videlicet φ quando per iudicem appellationis prima ſententia confirmatur, & victus ſimpliciter condemnatur in expenſis,condemnatio facta intelligitur generaliter nõ ſolum de expenſis cauſæ appellationis,ſed etiam de expenſis cauſæ principalis.Ita no.dixit Alex.in conſilio ſuo nondum impreſſo , quod incip.in cauſa mihi per vos conſulenda tranſmiſſa. vbi ad hoc adducit Ang.in l.j.C.quando prouoca. non eſt neceſ.quod dictum refert Decius in c.reprehenſibilis.nume.ix.de appel.vbi tamen non videtur expreſſe approbare hoc dictum,ſed illud approbat ipſe Decius in c. ſæpe.circa fi.verſi.& circa hoc.eodem titu. vbi dicit hoc etiam procedere & locum habere in abſolutione , quoniam ſi iudex appellationis abſoluit partem ab expenſis intelligitur eam abſoluere ab expenſis cauſæ principalis ſicut ab expenſis cauſæ appellationis,quod eſt no.in practica.

685 Equitas ſcripta præfertur rigori ſcripto.l.placuit.C.de iudic. ſed rigor ſcriptus prefertur equitati non ſcripte,vt dicunt ibi ſcribentes. de qua equitate & rigore plura dicit Bar.in l.j.C.de legib.& doc.in c.quoniam contra.de probatio. & ibi do.Philip. Deci.qui inter alia in nu.vj.dicit φ licet rigor in ſpecie ſcriptus præferat equitati ſcripte in genere,vt no.Bar.in dicta l.j.C.de legib.quod hoc limitatur niſi equitas ſcripta in genere ſit ſcripta per modũ regule, quia tunc præfertur etiam rigori ſcripto in ſpecie , & hoc dicit voluiſſe Ioan.de Imo. in l. inſulam.in xij.colum.in verſi. tu adde.ff.de verbo.obligat. quem ſequitur Alexan.in l. & ſi poſt tres.in gloſ.in verbo,deterius.ff.ſi quis cau. Et de hac equitate vide aliqua q̃ dixi ſupra in ſing.ccccccxxxj. incipien.vlti.opin.&c. & in ſingulari cccccclx.incipi. dicit tex.&c.

686 Calumnioſe petita non ſunt audienda ſed ſunt reijcienda,ſecundum Innocen.in c. poſt electionem . in fin.de conceſſ. præben. quem ſequitur Abb.in cap.licet cauſam. de probatio. & in c.conſtitutus.in vltima col. de fideiuſſ.& Pe.de Anchar. in conſilio ſuo clvij.incipien.ex narratis in facto . in antepenulti.colum.& Bal.in l.peremptorias . in penul.colum.C.ſenten.reſcin.non poſ.& d. Anto.in c.ſuper hoc.de renuncia.in vj.col. & Alexan.in conſi.lxv.incipien.ſuper contentis.in iij.colum.in j.volu.Et ideo ſi ſtatutum requirit in cauſa conſiliũ ſapientis non habet locum quando calumnioſe peteretur cauſa differẽ.litem, vt no.Ang.in conſilio cxxxvj.incipien.in quæſtione vertente . in iiij.colum.& voluit Ioan.de Ana.in c.ſuper eo.in ij.colum.de cri.falſi.Et alia plura reijciuntur ratione calumnie de quibus ample dixi in l.patre vel marito.in iiij.& v.col.ff. de quæſtio.& ibi in xvij.colum. vbi omnino videas. Scias tamen quod prædicta omnia procedunt & locum habent vbi agitur de præiudicio reparabili , ſed ſecus eſt vbi agitur de præiudicio irreparabili, quia tũc non repellitur petens ex quacunque præſumptione calumnie.Ita no.dixit Bald.in l. j.in penul.colum.C.de accuſa.& voluit do. Fran.de Are.in c.licet cauſam.in vij.not.de

proba.& Alexā.in conſi.ſuo xvij.incip.requiſitus in cauſa.in iij.col.in j.vol.& d.Philip.Deci.prædicta adducens in d.c.licet cauſam.nu.xij.verſi.præterea dictum Innoc.de quo vide quæ dixi in d.l.patre vel marito.in xvj.colum.

687 Verbum integre,intelligitur ſine aliqua diminutione.c.ſi.de confirma.vti.vel inuti.& ita illum tex.no.ibi Car.quem ibidem refert & ſequitur d.Phil. Deci.nu.vj.vbi etiā ad hoc allegat plura alia iura, & alleg. etiā Alexan. in conſil.cxlj.incip.viſo teſtamento &c.in vlt.col.in ij.volu.et ex iſtis poſtea infert ipſe d.Phil.vbi ſupra ꝙ ſi maritus recipiens dotem vxoris ſuæ promittit illā dotem integram reſtituere, propter illud verbum integrum, videtur promiſiſſe reſtituere totam dotem ſine aliqua diminutione,& ideo tali caſu excluditur ipſe maritus ab illa parte lucri dotis quæ ſibi ex forma ſtatuti cōpetebat.& dicit quod hoc voluit Bald. in l.quod nomine.circa ſi.verſic. ſed quid ſi ex conſuetudine.ff.de condi.indebi.& Bal. in l.ſi.C.ad le.& Alexan.poſt Ray.in l.poſt dotem.ff.ſo.ma.& Alex.in conſi.ſuo v.inci. circa primam.in vlt.colum.in iij.volu.& in conſi.cxxxiij.incip.ſuper quæſitis. in iij.colum.in v.volu.& hoc dictum eſt bene not. quia cōmuniter per Italiam ſunt ſtatuta volentia quod vxore mortēte ſine filijs vir lucretur certam partem dotis, & ego hunc caſum habeo nunc in facto.

688 Fornicatio in quocunq; deteſtabilis eſt, & magis in fœmina ꝙ̃ in maſculo,in qua requiritur maior honeſtas ꝙ̃ in maſculo, vt habetur per Spec.in ti.de actore.in.§.j.verſi.item opponitur cōtra actorem &c. & fornicatio in muliere inter alia triplicem operatur effectum. Primo enim operatur quod mulier luxurioſe viuens non poteſt ſtare in iudicio ſine curatore , vt in l. & mulieri.ff. de cura.furi.& voluit Spe.in d.§.j.in d.verſi.item opponitur.& ibi Bal.in addi.ſuis. & de hoc aſsignat rationem glo.in d.l.& mulieri.Secundo operatur ꝙ mulier luxurioſe viuens ſi eſt tutrix filiorum ſuorum priuatur tutela eorum,ſecundum glo.no.in auth. ſacramentum.C.quando mulier offi.tut.fungi poteſt.quam gl.refert & ſequitur Bart.in authē.de nup.in.§.ſi autem tutelam. & hoc etiam voluit do.Ioan.de Neuiza.in ſua eleganti ſylua nuptiali. in vj.char.in j.colum. in ſi.Tertio etiam operatur,nam mulier luxurioſe viuens priuatur ſucceſsione filiorū. Ita dixit Iaco.de Belui.& Bar.in authen.de non elig.ſecū.nuben.in.§.cum igitur.& eos ſequitur Bal.in reperto.ſuo.in verſi.mater. in vj.no.& Alexan. in l.liberorum.in.§.notanter.ff.de his qui notan.infam. Pro quo facit in arg.gl.in l.ſi qua illuſtris.C.ad orſitia. qui vult ꝙ filij nati ex coitu adulterino nō ſuccedunt etiam matri.quam gl. refert & ſequitur late loquens in materia Soci.in conſi.ſuo cxlviij.incip.memini &c.in ij.colum. in j.vol.de quo etiam per Iaſ.in l.j.in.§.ſed quod meretrici.ff.de condi.ob turp.cau.Poteſt etiam addere quartum effectum quem ſatis late poſui in repe.mea.l.vnice.C.de rapt.virg.nu.xlviij.cum ibi ſeq.Tene menti prædicta quia ſunt quotidiana,& qui habet aures audiendi audiat.

689 Nuper interrogatus fui a quodam nobili ciue de vno,videlicet ipſe mutuauit certam quantitatem frumenti cuidam ruſtico eius colono,& non poteſt probare quantitatem, ſed bene probat ſe et mutuaſſe certam quantitatem frumenti an poſsit ſibi ſuccurri aliquo remedio? in quo dixi quod ſic,videlicet , ꝙ ſtāte probatione de dicto mutuo ſtabitur iuramēto ipſius ciuis mutuantis de quantitate ipſius frumenti.iſta fuit ſing.doctri. Rayn.de Forli.in l.j.ff.de in litem iur. quam refert & ſequitur do.Phil.Deci.in cōſi.ſuo cxlvj.inci.diligenter examinatis omnibus &c. in vij.col. vbi dicit ꝙ hoc etiam videtur velle Bar.concurrentibus alijs indicijs ſeu coniecturis in l.admonendi . in xij. col.verſi.quæro quid ſi teſtis.ff.de iureiurā. & dicit quod idem etiam firmauit Cæpo.in caute.ſua ccx.incip.aliquis mutuauit &c.& alleg.etiam tex. in l.lucius.ff.de actio.emp. & l.prędijs.§.titio.ff.de leg.iij.& alle.etiam quod tradit Bar.in l.ſi.C.de eden.& Innoc. in c.cum clamor.de teſti. Dicunt tamen Cæpo.in dicta ſua caute.ſe credere quod iudex poſsit refrenare tale ſacramentum,iuxta illud quod videbitur ſibi veriſimile & verū fuiſſe.et dicit ꝙ hoc etiam tenet Ray.in d.l. j.ff.de in litem iuran.vbi etiam dicit ꝙ alias ita fuit iudicatum. Tene menti,quia vere eſt verbum ſing.lucri plenum.

690 Magni valoris & importantie eſt conſuetudo,vt tradunt docto.in titu.de conſue. & titu.C.quæ ſit long.cōſuetu.& poſui ego latiſsime in repetitione mea.l.fin.C.de probatio. in ſexta quæſtio. extraordinaria . & inter cætera operatur ipſa cōſuetudo quod dat iuriſditionem,vt in l.prima & fin.C.de emancip.liber.& in c.cum contingat.de foro competen.& in capitulo dilecti. de arbi. & in c.cōqueſtus.ix.q.iij.cum ſimi.Et adeo eſt verum hoc quod ipſa conſuetudo poteſt

dare ſ iuriſditionem laicis in clericos in minoribus ordinibus cõſtitutos & auferre priuilegium clericale dictis clericis qui per iudicem ſecularem puniri poſsunt ſi delinquunt propter conſuetudinem. Ita ſingu. dixit Innocen. in c.j. de apoſta. & in c. nouit. de iudi. quem refert & ſequitur Bald. in reperto. ſuo in verbo, conſuetudo. in verſicu. conſuetudo poteſt auferre &c. quod dicit eſſe perpetuo nota.

691 Fundus dotalis vel quæcunque alie res dotales eſt-mate date in dotem faciunt emptionem & tranſitum domini in maritum, ita & taliter quod maritus poteſt libere tales res alienare non obſtante. l. iulia. de fun. dot. iuxta. l. quoties. & l. cum dotem. & l. ſi inter virum. C. de iure dot. & not. Barto. & alij in l. ſi eſtimatis. ff. ſoluto matrimo. Iſtud tamen limita & intellige eſſe verum quando maritus eſt ſoluendo, alias aut nulla eſtimatio faceret emptionem, nec fundus poſſet alienari, nec obligari per maritum, imo tali caſu mulier pro talibus rebus eſtimatis datis in dotem haberet rei vendicationem vtilem in ſubſidium marito non exiſtente ſoluendo. tex. eſt in l. in rebus. in princip. C. de iure dot. cum ſua gloſ. ſingula. ibi not. in verſi. eſtimate. ad fin. quam ibi ſequitur Barto. Bal. & alij. & in hoc in ſpecie tenet Bal. in l. inter antiquam. ad fin. C. de vſufruc. vbi alleg. ad hoc aliqua iura, de quo etiam per Ioan. de Imo. in dicta lege ſi eſtimatis. & per Bald. in authenti. ſed iam neceſſe. in v. quæſtio. C. de donatio. ante nup. de quo etiam latius per Iaſo. qui prædicta omnia refert ad literam in. §. actionum. numero lxxxiiij. inſtitu. de actio.

692 Vim vi, vt ſcis, repellere licet cum moderamine tamen inculpate tutele. l. vt vim. ff. de iuſti. & iure. l. prima. C. vnde vi. l. ſcientia. §. qui cum aliter. ff. de acquiren. hære. in clemen. de homici. & inculpata tutela dicitur quando aliter ſe defendere non poteſt ſine pericu. rerum vel perſonę, vndę nõ debet pati quod damnificetur in aliquo ſi dãnum eſſet irreparabile, alias ſecus, vt in dicta l. furem. Ex quo infert ibi Barto. quod ſi non poſſem effugere, quin me percuteres niſi te interficerem, licite poſſum te interficere, quia cum quelibet iniuria perſonalis ſit maior quacunque reali, vt l. in ſeruorum. ff. de pœn. & propter realem irreparabilem poſſum te interficere, vt d. l. furem. ergo fortius propter perſonalem, quod eſt no. quam doctrinam refert & ſequitur Ange. de Aret. in tractatu maleficiorum in verbo, & dictus Titius ſe defendendo. in prima char. in vltimo verſic. vbi pro hoc alleg. glo. in capitulo olim. el primo de reſtitutio. ſpolia. & capitulo ſignificaſti. de homici. & domi. Flori. in dicto. §. qui cum aliter. prædicta tamen limita niſi immineret perditio parue rei. ſecundum Alexan. qui plura alleg. in d. l. furem. De qua materia vide quę late ego dixi in d. furem. in j. & ij. colum.

693 Vulgariter dici ſolet quod omnis labor optat præmium, & ideo ſcias quod ſi iudex laborauit circa proceſſum alicuius cauſę & fecit quæ per eum fienda erant ad ferendam ſententiam ſi antequam ferat ſententiam partes ſe concordarunt, debet tamen ipſe iudex habere ſalarium ſuum, ita no. dixit Iaſ. in. §. tripli. in vltima colum. numero lviij. inſtitu. de actio. ad quod allegat Barto. in lege prima. §. diuus. el ſecundo in vij. colum. verſicu. ſed quæro & redeo. ad glo. ff. de varijs & extraordina. cogniti. & Bald. in l. j in quinta quæſtio. C. de ſuffrag. & Ioan. And. in regu. contractus. de regul. iur. in vj. in mercu. & Nico. de Neapo. in l. gallus. in §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthum. tex. in l. fina. & ibi glo. & Bald. C. de condi. ob cau. Tene menti, quia ſæpe contingit. & vide quæ dixi ſupra in ſingu. cccccclxxxij. incip. Scribitur &c.

694 Apud omnes ſanos mente notum eſſe puto quod clericus non poteſt cõueniri ſub iudice laico, vt in capitulo j. & ij. & in capitulo ſi diligenti. de foro competen. & quaſi per totum titu. & in c. inclyta. xj. quæſtio. j. & in authenti. ſtatuimus. C. de epiſcopis & cler. Quinimo quilibet proceſſus factus per iudicem laicum contra clericum eſt nullus, & quælibet ſententia eſt nulla, quamuis nemo pro eo cõparuerit ad allegandum priuilegium clericale, ita dixit Archidia. in capitulo placita. xv. quæſtio. iiij. & Specu. in tit. de cita. §. primo verſicu. ſed pone. & Ioan. Andræ. in regu. ſcienti. in mercu. de quo per Alexan. in conſilio cxlix. incipien. In cauſa &c. ante fin. in ſexto volu. & voluit Flor. in l. cum mulier. ad fin. ff. famil. herciſcun. Tene tamen menti perpetuo quod ſi clericus eſt artifex alicuius artis poterit ratione illius artis conueniri ſub iudice laico ipſius artis. Ita ſingulariter dixit Bald. in additio. Specula. in titulo de reo. in ij. colum. in verſicu. ſcholaris clericus &c. & idem in ſimili voluit Bald. in l. vnica. C. in quibus cau. mili. fori præſcrip. vti poſſunt. pro quo faciunt optime dicta per Iaſon. in lege teſtamenta omnia, in ſecunda columna, C. de

teſta. Et ad limitationem prædictæ regulæ
quod clericus non poteſt conueniri ſub iu-
dice laico vide Socin.in conſi.ſuo cvj.inci.
Inſignis doctor.in vltima colum.in iiij.vol.
vbi dicit quod licet laicus iudex non ſit cō
petens iudex in cauſa clerici,attamen ſi cle-
ricus vt tertius comparet poterit iudex lai-
cus cognoſcere.ad quod alleg.glo.in c.cleri
cus nullum.xj.q.iij.& ratio eſt,quia dicitur
tunc reus voluntarius non neceſſarius. Et
aliam limitationem etiam ponit Bal.in lege
nullum.in ij.colum.verſi,quæro hic de cle-
ricis &c.C.de teſti.

695 Clauſula appoſita in commiſsione vel
reſcripto,videlicet, facias prout tibi viſum
fuerit expedire &c.operatur vt non requi-
ratur de neceſsitate aliqua probatio,ita ſin-
gul.dixit Ioan.And.in c.ij.de iura.calum.li-
bro vj.in nouel.ad quod alleg.no.in c.ſtatu
tum.§.aſſeſſorem. de reſcrip.in vj.quod di-
ctum pro valdę no.refert & ſequitur Alex.
in conſil.clxxxix.incipien.In cauſa & lite.
ante ſi.in vj.vol.& ibi dicit quod idem no.
Bald.licet non ita aperte in tit.de pace con
ſtan.in verbo,animam noſtrā.quod eſt no.

696 Reſeruatio exceptionū quam facit iu-
dex dicens interloquor eſſe ad vlteriora ꝑ-
cedendum ſaluis exceptionibus eſt magne
importantie, adeo quod ſi appareat exce-
ptiones eſſe legitimas, & quod vere obſtēt
tūc proceſſus redditur retro nullus,& quic-
quid poſtea eſt factum habetur pro non fa-
cto.glo.eſt ſingu.in c.cum contingat, extra
de offic.delega.& voluit Bal.in l.ille a quo.
in.§.ſi de teſtamento.ad ſin.ff.ad treb.quod
dictum refert & ſequitur Iaſ.inſti.de actio.
in.§.præterea.in xij.col.quod eſt ſingul.no.
cum quaſi quotidie in facto contingat.

697 Plura dixi tibi in materia reuocationis
confeſsionis in operibus meis, maxime in
practica mea cauſarum crimina.in pluribus
locis,maxime in.§.quoniam.Et nuper reco
lo tibi vnum verbum in tali materia, quod
eſt magne importantie & magni effectus,vi
delicet,quod ſi confeſsio ſit ſolenniter facta
in iudicio ſi reuocatur in carcere per ipſum
confitentem,talis reuocatio nihil operatur.
Ita no.dixit Bald.in conſilio ſuo lxxix.inci
pien.Regula iuris &c.in ſi.in iij.vol.de quo
etiam latius dixi in practica mea cauſa.cri-
mina.in.§.reſtat.nume.xvj.et xvij.quod eſt
ſumme not.quia rei ſæpe ſuper furca reuo-
cant ea quæ dixerunt ſolenniter in iudicio,
de quo late dixi in d.§.reſtat.& alias hoc vi
di in facto pluribus vicibus.

698 Aduertant et diligenter notent daciarij
ſeu publicani ad vnum eis valde fauorabi-
le & proficuum,uidelicet,quod contra frau
dantes dacia ſeu gabellas ſufficiunt proba-
tiones per coniecturas, quia talia clam com
mittuntur,& ideo lex contenta eſt faciliori
bus probationibus & indicijs, ita ſingu.di-
xit do.Alexan.in conſi.ſuo clxxxviij.inci-
piente.Viſo proceſſu &c.in ij.colum.in vij.
vol.ad quod ipſe ibi allegat plura & plura
iura.Pro quo etiam facit illud,videlicet, qđ
in his quæ ſunt difficilis probationis admit
titur probatio.per coniecturas, vt ego ſatis
ſate dixi in practica mea cauſarum crimina
lium in prin.nu.xiij.vbi plura adduxi circa
talem materiam quæ per te videas. Et cre-
do indubitanter ꝙ ſi daciarij ſcirent hāc do
ctrinam, ſunt mali ſed eſſent peiores & mi-
noris conſcientie.

699 Priuilegia conceſſa pupillis cenſentur
conceſſa alijs qui per adminiſtratores regū-
tur.glo.eſt valde no.in l.ij.C.de cura. furio.
quam tenet Bald.in l.iubemus nulli.in prin
ci.C.de ſacroſan.eccleſi. & ideo ſcias quod
vniuerſitates caſtrorum & villarum habēt
reſtitutionem in integrum ſicut minores &
reſpublica & ciuitas.ita tenet Iaco.Butr.&
Barto.in l.reſpublica.C.ex quibus cau.ma.
quando villa habet multos homines ita qđ
regitur per adminiſtratores.quæ omnia re-
fert & ſequitur Socin.in conſilio ſuo lxvj.
incip.Viſo compromiſſo &c.in ij.colum.in
iiij.volu.& ibi ſubdit quod communis opi.
Iaco.de Are.Bal.Salyce.& Pau.de Caſt.eſt
quod iſte vniuerſitates etiam parue etiam in
integrum reſtituantur licet per adminiſtra-
tores non gubernentur, nam in eis commu-
niter ſolent eſſe infantes, furioſi, & mulie-
res,& aliæ perſonæ quæ non congregantur
in magnis negotijs,nec conſentiunt in admi
niſtrationem rerum municipij,& ideo iniu-
ſtum eſt quod per alios eis præiudicetur,&
dicit quod ſecundum iſtam opin. conſuluit
Ludo.Roma. in conſi.ſuo ccccxxiij.& di-
cit etiam quod iſtam opinio. ſequitur Ioan.
And.in additio. Specu.in titu.de reſtitu.in
integ.in additio.incipien.quadriennium.&
Abb.in c.j.de reſtitu.in integ.& iſta ſunt di
ligenter notañ.cum quotidie contingant in
facto, & hic & per totam Italiam,in caſtris,
& villis,ad quæ pauci animaduertunt.

700 Quamuis iuramētum ſit magni effectus
& importantie & ſæpe validet inualidum,
vt dixi ſupra in ſingulari ccclvj.incipien.
iuramentum.et in ſingulari ccccij.incipien.
quante vtilitatis &c. Attamen etiam quan-
doq; nihil operatur & nullius eſt momenti.

Et ideo ſcias quod quando inſtrumentum deficit ratione ſolennitatis probatorie non iuuatur prætextu iuramenti in eo poſiti. Et ideo ſi ſtatuto cauetur quod ad vtilitatē contractus requirantur duo notarij, tunc ſi fiat talis contractus per vnum notarium tantū, licet in eo ſit appoſitum iuramentum nō valebit contractus, quoniam dicta ſolennitas duorum notariorum eſt inducta propter publicam vtilitatem, ita dixit Bart. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. in vtj. membro. & do. An. in c. cum contingat in vij. caſu. de iureiuran. & ibi Abb. in penulti. colum. in verſi. & vt clarius pateat &c. de quo etiam latius per Soci. in conſi. ſuo xcvij. incipien. Abunde. in vltima colum. in j. vol. & alios plures caſus in quibus iuramētum nihil operatur. ponit Barto. in dicta l. ſi quis pro eo. & Cano. in dicto c. cum contingat. Et ſcias etiam quod vbi non eſt, conſenſus quod ibi nihil operatur iuramentum, eo quia iuramentum non ſupplet conſenſum. l. fi. C. de non numera. pecu. & voluit Soci. in conſi. ccclxxiiij. incipien. In caſu &c. in fi. & do. Franciſ. de Are. in conſi. ſuo xxxiiij. incipien. Quatuor dubia. in ij. col. Et ſi vera loqui fas eſt crede mihi quod eſt dictis doctor. in dicta l. ſi quis pro eo. & in d. c. cum contingat. non poteſt dari firma regula nec firma doctrina in hac materia, quando iuramētum validet actum vel non. Et ex iſtis impono finem ſingularibus meis hodierna die xxv. Martij M D X X V I I. quæ eſt dies beate et immaculate virginis Mariæ, cui ſit laus & honor in eternum.

F I N I S.

R E G I S T R V M

a b c d A B C D E F G H I K L M N O P Q

Omnes ſunt quaterniones.

V E N E T I I S A P V D C O M I N V M
D E T R I D I N O
M D L V.

